famã certe quæreremus peſſimã:nec malã minus:q̃ Dyomedes:q homĩes
dabat armẽtis pabula:uel Buſyris:q hoſpites apponebat altaribus uel Lyca
on:qui eos obtruncans comedebat.Non enim minus male agitur:ſi negli
gitur funus:q̃ ſi eripitur functi uita:cum in eripienda uita uel metus poſſit
eſſe cauſa:uel odiũ:ut illud eſt Virgilii.Aut odium crudele tyranni:aut me
tus acer erat:in negligendo autem funere:nulla q̃ ĩgratitudinis ſuperſit cã.
Tum nemo laboraturus eſſet:ut cõmoditati conducat noſtræ.Cum uide-
ret quales fuerimus in reliquos.Quid ſibi ſperandum ſit ĩ uita.non igno-
rat.cum ĩ morte nihil ſperare poſſit.Statim ſuccedit complexio & cum ra-
tio ea ſit:quæ a logicis dicitur hodiernis minor:cõplexio ea eſt quæ cõclu-
ſio ab illis appellatur.quæ complectitur atqꝫ concludit ſummatim ex ſupra
dictis ita ſentiendum:ut propoſitum eſt:hoc modo.

Exemplum complexionis argumentationis.

Vamobrẽ cũ Lælius uir optimus fuerit:& nobis utiliſſimus:& offi
q cioſiſſimũ ſit:taliũ funus honorare:ĩgratiſſimũ aũt ſilentio præteri
re:iure optimo cõſtitutũ eſt ſupræmos pietatis honores huic exhi-
bere funeri ut & ad nos ſemp amãdos.iuuãdoſqꝫ cuncti ꝓniores ſint:& ad
uirtutẽ facilis ĩflãmẽtur.Cũ aũt ẽ cã breuior:ut ĩ epiſtolis familiaribꝰ aut ĩ
orõnibus habẽtibꝰ grãs.Argumẽtatio ẽ quadripartita:aut tripartita h mõ.

Exemplum argumentationis quadripartitæ.

Nimus certe bonus:ſi referre gratias acceptis nequit officiis at ha-
a bere põt:ac agere debet.Quis enim ĩ nõ explẽdo pro utili ſuo offi
cio uir:aut bonus:aut equus appellãdus ẽ.Nã q ꝑ animi ſupbia ſi-
bi cẽſet nõ officioſe factũ munus:ſed debitũ eſſe:is ẽ ab humanitate alieniſ
ſimus:potiuſqꝫ ĩ bæluarꝫ cœtu cõnumerãdus q̃ inter homines collocãdus.
Quod ſi & bonæ mẽtis ẽ officiis habere gratiã:& iniquæ ac afferre nõ ha
beẽ:nõ debemus tibi ſolũ:& habemus:ac agimus grates:ſed cupimus refer
re poſſe Cõtinuo ſuccedit argumẽtatio tripartita ĩ epiſtolis & orationibus
breuioribus ut ĩuptialibus:& põtificũ ac prĩcipum ĩgreſſu:aut prĩo aditu:

Exemplum argumentationis tripartitæ.

c Vm debere ad te ire optime prĩceps:tum etiam hoc plurimum de
ſiderabam.Quis.n.qui tantillum ſit ingenii:ſe totum non debet

tuæ diuinæ potius q̄ humanæ uirtuti. Quis aūt cū debeat nō deſideret pariter præſentē te ītueri: quaſi naturæ quoddā in terris ſimulacrū. Itaq; cū & officio meo ſimul & cupiditati uidendi tanti prīcipis ſatiſfacturum hoc aduentu uiderim: acceſſi: ſupplicaturus nihil aliud: q̄ ut me ames.

De confutatione.

c Onfutatio nihil habet aliud artificii: q̄ quod eſt expreſſum in confirmatione. reſpondet & confutat obiectiones hoc eſt ſi quis obiecerit aliquem eſſe litterarum ignarum confutat̄. hoc modo.

Exemplum confutationis.

I Gnarꝝ me dixit litterarꝝ: quaſi poſſit recte qcq̄ d̄ litteris hæc bælua iudicare: q a bonis artib⁹ alienior ſemp fuit: q̄ ignis ab undis. Adhibui ab īeuntibus ānis uſq;: diuturna bonis litteris operā: nec id qdē coactus nec īuitus: At ultro ſpōteq; tā libēs q̄ cū exuriēs cænabā uidebā. n. & nihil ī uita mortaliū foret cū litteris cōparādū: q̄ & uiuis præſto eſſent: & famā laudeſq; luce functis ſuppeditarēt. Quomō ergo uel ignaru s eē pōt: uel nō doctiſſimus ille plane: q natiuo q̄ſi munere litteras cū lacte hauſerit: ībiberitq;: ac iis maximopere delectatus nihil obmiſerit: qđ ad earꝝ quærēdā rōnē attinuerit: Succedit nō nunq̄ amplificatio ꝑ enumerationē: & hoc fit qn̄ eſt oratio ꝑfectiſſima: & ne orator eſſe ꝓlixior ducere͞t: breuius cōfirmauit: & cōfutauit: ſed aut de argumētatiōe aliquid ſupereſt: quod āplificat aut de confutatione aliquid reſtat: quod recriminatur. hoc modo.

Exemplum amplificandæ confirmationis.

p Rætermiſi cōſulto: ne ꝓlixior fierē ac uobis tædioſior patres ampliſſimi: quātis hic Lælius ī ætate admodū pucrili floruerit exēplis modi atq; modeſtiæ: q̄ fuerit æqualibus quaſi ꝑceptor & morꝝ īſtitutor: maioribus natu admirabilis. minoribus uenerabilis. Nihil dicebat īſipide. nihil ridebat. ſcurille. nihil faciebat īdignū facti recordatiōe. Apud quot fuit urbiū populos ī ſummo qdē honore. Apud quot prīcipes iucūdiſſimus: apud qđ diuerſarꝝ bonarꝝ artiū tā colēdus q̄ admittēdus. Quotiens magiſtratus exercuit æqſſime: quotiēs ī patriā reddit honoratiſſime. Cum aberat: fama ferebat̄ elegātiſſima. cū aderat gloria ſpargebat̄ iucūdiſſimā. nā & abſens cōſultiſſime. ſapiētiſſime fortiſſimeq; uiuebat: & præſens nihil temere. nihil īſipide. nihil molliter uel agebat uel dicebat uel deniq; cogitabat. Habet aūt hæc āplificatio ſtructuras crebras: cū ſentētioſis ac grauibus uerbis: ut enumerare potius uideat̄: q̄ uel repetere: uel diffuſe aliqđ ꝓſequi.

Exemplum confutationis amplificādæ per recriminationem.

ſ Ed ne glorie͞t hic helluo nebuloq; ꝑnicioſus ac unice petulās: qcq̄ ī me ꝓtuliſſe qđ me mordeat: poſteaq̄ ad ea reſpōdi: quæ obiecit manifeſtoq; declaraui q̄ inique dixerit q̄ abiectus nobis: q̄ īpius uideatur patres ampliſſimi ſi recriminor hominē īpuriſſimū ſed cogor hæc an-

guſtia tēporis cōticeſcer̄. Quod ſi dicerē: obſtupeſcere uos. cogerē: qđ acer
biſſimus patricida me audeat accuſare ignorātiæ. Nam ſi neſcirē litteras:
id ad accuſationis genus nihil perineret: cū me dicat nō admittēdū ꝓtorē:
qđ iniquus ſim iniqtatis queq̄ arguit q patricidiū adhuc habet ante oculos
apud oēs hic fuit ſemp ī dedecore Nullius familiaris diutius fuit: quē non
fraudarit. Decoctorē hūc appellant oēs ſui. præuaricatiorē alieni. doloſum
ſinguli. nihil cogitauit unq̄ bon i. loqt̄ non ꝑplexe. uaſre. callide: malicioſe.
uerſipellis eſt pœnitus: ac eiuſdem rei ſimulator atq; diſſimulator.

De concluſione generali & de epilogis.

Væ ſit dicenda generalis concluſio: & qui ſint epilogi: particulares,
q inquam concluſiones quæ perorationes apud nos appellantur: &
quo ab amplificatiua deroratione differant: quæ ſolet dici per ora-
tio per amplificationem & enumerationē: eſt nobis diligenter cōſiderādū
Cōcluſio enim ē terminus orōnis: q cōplectit̄ breuiter rōnes in uniuerſa
orōne tractatas: & id: qđ ex illis īfert̄: ac ab eo: q orauit: impetrari quærit̄.
Epilogus aūt: hoc ē poratio ē particularis cōcluſio: nō totius orōnis ſed ali
cuius orōnis mēbri. Nā ſi orō uniuerſa ē quaſi corpus: ſex illæ ſupradictæ
partes hoc eſt exordium narratio. diuiſio. confirmatio. confutatio & cōclu
ſio ſunt quaſi mēbra illius corporis: & quæ hiſce ſingulis mēbris ſingulæ
competunt concluſiones: appellantur epilogi ſeu perorationes & ita Cice-
ro dicit quattuor locis concluſionibus utendum: ſecundū exordiū ſecundū
narrationem. ſecundū firmiſſimā argumentationē & ſecundū cōcluſionē.

Exemplum epilogi ſecundum exordium.

Vm igit̄ & honeſta ſit res a me dicēda: & talis: q̄ ueſtra ſit auditiōe
c dignisſima pr̄es optimi: q̄to ſim breuius dictur⁹ uos audir̄ diligēti⁹
ut qd ueſtra ſnīa reportar̄ queā nō ſpauerim ſolū: ſed ſim aſſecutus.

Exemplum epilogi ſecundum narrationem.

q Vuar̄ cū dies ad dicēdū me īuitet: & dignitas canæ uos ad odiēdū
pr̄es optimi & ego ſim dictur⁹ q̄ breuiſſime: ſatis me hac orōne cō
ſecutū arbitrabor ſi nihil dixero: qđ & hoc loco & ur̄a pn̄tia fuerit indignū.

Exemplum epilogi ſecundum firmiſſimam argumētationem.

Taq; cum & bonus uir lælius ſemper fuerit: & in patriam plentiſſi
i mus: & omni laude cumulatiſſimus: debet tantum honoris uel hac
luce functus conſequi q̄tum nec eius bonitati ſit demegandum: nec
dedeceat patriam: nec ab eius ſit alienum laudibus.

Exemplum epilogi ſecundum concluſionem.

Vm ergo uobis manifeſto conſtet potius uiuere: & uere quidem ui
c uere: q̄ diem obiiſſe Lælium: ne dum non eſſe lugendum nobis exi
ſtimo uerꝝ etiam ridendum lętādum. exultādūq; uehemētius: q ex
his terrenis tenebraꝝ latebris ī æterne claritatis ſplēdorē puectus nobis ē

futurus apud deum optimum maximum perpetuus procurator.

Exemplum concluſionis generalis: cuius ſuperior epilogus fuit cõcluſio exemplificata.

a V diſtis patres optimi q̃ fuerit eleganter ab ineuntibus ãnis uſqꝫ inſtitutus Lælius ad omnẽ ingẽui adoleſcẽtis indolem: q̃qꝫ ꝓfecit aſſidue omni uirtutis genere ad omnẽ laudis gratiã cũ maxima cũctorum & ſuorum & exterorum admiratione utqꝫ tam præclare. pie. religioſe qꝫ diẽ obierit. q̃ præſtanter. prudẽter. iuſtæqꝫ uitam aſſidue degerit: utqꝫ nemini dubiũ eſſe poſſit hũc ad ſuperos rediiſſe: unde fuerat ad nos dimiſſus: & quo cunctos ſuos cogitatur continue dirigebat. Quo fit ut de eius uitæ mortiſqꝫ recordatione ſedetur meror ueſter ſuapte natura: nec tam cenſeatur periiſſe: q̃ uiuere Lælium: cum eo profectus ſit: ubi uera eſt: non fucata uita. reliquum eſt. ut quando apertiſſime declaratum eſt: Lælio nihil optatius nihil cõmodius contingere potuiſſe: non ſolum non feramus moleſte: quod ei iucũdiſſimum eſt: ſed ſibi gratulemur: nobis autem ac ipſius digreſſione gaudeamus: cum & ipſe cum cælo terras mutarit: & uana quæqꝫ mortalium pro eterna beatitudine: & nos apud ſuperos procuratorem autorẽ. fautoremqꝫ nacti ſimus conſiliorum operationumqꝫ noſtrarum.

ſ Ciendũ ꝙ qdã ſunt ꝓgreſſus tractuſqꝫ uerborũ ac ſententiaꝝ: q ſolent apud nos colores appellari: qbus. ſ. ueluti coloribus imagines: ita orõnes ornatu quodã poliũt. Ex qbꝰ q ſolẽt eẽ magis ĩ uſu hi ſt.

Excplũ coloris ſimiliter deſinẽtis ĩ tpe. mõ uoce ac natura uerbi ſed raro.

Ego te plurimũ amo: tuos uæhemẽtiſſime obſeruo: cæteros ex tuo genere ſummopere colo. Vel ſic. quis eſt lælius quem plurimum ob generis nobilitatem amaui: quem uæhementius ob eius uirtutes obſeruaui: quem ob caritatem in patriam ſummopere ſemper laudaui.

Exemplum coloris ſimiliter cadentis ĩ eodem caſu eiuſdem generis & declinationis ſed raro.

Quem dicis amandum: lælium quem aſſeueras laudandum: Læliũ: quẽ affirmas in cælum ſummis tollendum eſſe uocibus Lælium. Vel ſic.

Quero qs ſit ĩ hac urbe bonus: Lælius: Poſco: qs ĩ hac regione ſit iuſtus: Lælius: Mecũ aio uoluto: qs hic ſit doctiſſimus cõptus ẽ mihi ſolus Lælius.

Exemplum articuli in uerbis pluribus eius fere uigoris: expoſitis cum periodis & crebro.

Quo te magis mecum ipſe cõtemplor: hoc magis ac magis afficior tuæ laudi. uirtuti, ꝓbitati. pietati. ſapientiæ. ſanctimoniæ. Vel ſic. Omnes una eademqꝫ uoce te dicunt. ꝓdicant. admiranturqꝫ bonum. integrum. caſtum. prudentem. conſtantem. fortem iuſtum. grauem inconcuſſum pium.

Exemplum diſſoluti in conſtructionibus uariis eiuſdem fere uigoris expoſitis cum periodis & fiunt crebro.

Tuos omnis ſemper dilexi. Tibi plurimum afficior. Ex tenatos ſumma ꝑ ſequar pietate. Admirabor aſſidue tuas laudes: In omnem rem tuam præſto me paratiſſimum inuenies.

Q đ ad te attĩeat nihil negligã. Neq; dignitati: nec utilitati tuæ deero unq̃.

Exemplum coloris exempli rei antiquæ ſummaria recitatione ad magis ꝑ ſuadendo: non niſi in argumentis.

Vt Dauid dũ filius morbo laborauit: fletu precatus ẽ deũ: q mederi poterat ubi dic: obiit purpurã induit: dei ſe accõmodatis uoluntati: ſic nos debem⁹ quãdo nihil omiſimus dum uixit: poſtea q̃ ad ſuperos Lælius rediit æqua mẽte ferre quod addeo inſtitutũ eſt. Vel ſic: ut Hercules domuit Buſyrim: ſic te domabit hercule non inferior: qui ſuperas immanitate Buſyrim.

Exemplum coloris ſententiæ uæhementis ad perſuadendum.

Non eſt enim minor ĩ homine laus: qui philoſophus ſtuduerit fieri q̃ ſi di ſcere curauerit philoſophiam. Sunt enim aliqui philoſophiæ ſtudii clari. q cum multa: & teneant & doceant: ſe ipſos ignorant At qui uitam agũt philoſophicam. ſunt iis quibus nunq̃ eſt uera gloria defutura.

Exemplum ſimilitudinis.

u T aſinus ſolet: ſuo ruditu oẽm metiri muſicam conſonãtiam. ſic tu quidem tuo iſto ignorãtiæ ſenſu oẽm metiris aliorum doctrinam.

Vel ſic: Non eſt in te fabuloſum quod de ſimia dicitur quæ quo altius progreditur: eo magis ſua detegit pudibũda. Quo enim tibi plura tribuis: eo magis & uecors diceris. & ueſanus.

Exemplum coloris circuitionis: quæ rem unam uel uita uel titulo uel cognomento uel aliqua exprimit proprietate crebra in poetis.

q Vi corona populea: tergoreq; cleonei leonis: ac claua delectatus ẽ: ei: q humeris cælũ ſuſtinebat ſuccedens ea ſuſtulit mala uirginũ: qbus puigil præerat draco: eũq; coegit ſuis eſſe pabulũ tonſis: q humanis corporibus ſuos alebat equos. Vel ſic Cui reſerãdi cæli ſunt date claues: is ẽt obtẽperabit: Qui traices iã dudũ occupauit: pauloante Eubomiã mõ Caphã. Vel ſic. oẽ mortale aĩal ac rõnale qđ tu cogitas: cõſulto ſentiret

Exemplum occupationis tacitæ: qui color crebro intercurrat ad augendam ſuſpitionem uel opinionem.

p Ræterea q̃ poſſem ĩ hũc nebulonẽ dicere: ſi male dicẽdi poti⁹ huc cã cõueniſſem q̃ tuendæ rei ac famæ meæ gratia. Tot enim huius afferrẽ ĩ campũ ſcelera. qbus apud oẽs ẽ populus italiæ galliæq; famoſiſſimus: ut & admirari uos cogerẽ: & ego dicendo defatigatus ex plurimis uix attingerẽ aliqd Vel ſic. Nõ proſequor huius uitam ac mores: oẽm q; ſuperiorũ temporum ſuam peregrinationem: qbus manifeſte cognoſci poſſet: hoc uiro Iuliano præſtantiorem eſſe neminẽ: excellentiorẽ ĩter noſtros nullum magis illuſtrem gloria nobis neminem.

Exemplum occupationis expreſſæ:quæ cum alia non habeat quaſi ſup ſint multo plura bona uel mala:dicit aliqua.

Vot occurrunt huius ſcelera:ebrietas.leuitas.luxuria.impudentia: temeritas quibus & Romæ ſeſe omnibus expreſſit: & Mediolani pœne damnatus eſt morte:& Venetiis eiectus urbe.q̄ quidem ſi aſ ferrem in medium omnia:& ego poſſem accuſari oſcænitatis & uos ꝓ mo deſtia ueſtra nequiretis audiando tollerare. Vel ſic Tanta ſunt huius apud bonos omnis ornamenta:in adoleſcẽtia quidem apud græcos ſtudiorum pericula diſceptando:ac docendos ĩ reliqua ætate apud italos & Bononiæ & Paduæ & Romæ laudum præconia:quæ in plurimis magiſtratus apđ magimos pontifices & alios principes conſecutus eſt:ut ſi uelim dicendo proſequi:nõ modo ſim prolixior:q̄ hæc oratio patiať:ſed uel prolixius di cens minimam partem attingam.

Exemplum interrogationis ſed raro.

Quis fuit hoſtis rei publicæ. Auguſtinus. Quis iniqtatis auctor Augu ſtinus. A quo parate ſunt iſidie ciuibus. Quis cõmunes ciuitatis pecunias furtiue ĩ ꝓprios cõuertit uſus. Quis literatorꝫ ꝑſecutor:hic ipſe Que audi uimus nunq̄ attentaſſe:quod nobis non eſſet obſuturum:hanc feram.

Exemplum conduplicationis ſed raro niſi in poetis.

Tuus ille perditiſſimus animus o Auguſtine:tuus inquam ille perditiſſi mus animus plurimũ attulit reipublicæ detrimẽti. Vel ſic Tua mens iſta bona O læli:tua certe mens iſta bona tuis ciuibus fuit ſemper ſingulis ad iumento. Vel ſic:in ſimplici dictione:ut iuuenalis: Tu ne duos una ſæuiſſi ma uipera cæna. Tu ne duos una. Vel ſic ĩ pluribus Nullæ profuere uigi liæ huic urbi aduerſus Gallos:Nullæ profuere uigiliæ huic urbi.

Exemplum repetitionis.

Lælii ꝓbitatis hãc urbẽ ĩ iudicãdo ſeruauit iuliani pietas hãc pr̄iam ĩ oĩ ſua calamitate defendit iuliani ſanctimonia bene uiuẽdi fuit nobis ſingu lis exẽplũ fere quoddã. Vel ſic. Auguſtinus ĩterturbauit oĩa. Auguſtin⁹ do ctos oẽs ĩſequiť. Auguſtin⁹ ſiccarios apparauit. Auguſtinus urbẽ uiolabit.

Exemplum tranſitionis:qua non niſi in expedita una materia:decurren do ad aliam utimur ad attentionem.

Nunc autem ſatis de huius munificentia dictum ſit deinceps ad eius ma gnificentia accedamus. Vel ſic in aduerſarium. Hactenus de libidine:nunc ad illius auariciam proſequamur.

Exemplum ſuperationis.

Hic ſua uirtute iam cælũ attigit:eſtꝙ factus diis cõmuniſſimus Vel ſic. Nemo tam ſæuus eſt apud inferos:q̄ poſſit cum huius ſceleribus cõparari.

De ſumma colorum & figurarum.

Colores alii apud Ciceronẽ multi ſunt:ſed minime neceſſarii. figuř grã

maticarū ī uſu neceſſariæ præcipue ires: Parenteſis: hoc eſt oratio ī oratione īterpoſita: exornādi ac breuius dicēdi gratia. Hypbole: hoc ē ſupra modū elata ī ſermone ſentētia: ut orationem magis augeat: & digreſſio ſine trāſlatio quæ dimiſa materia: ad illam aliquid affert externū. ſ. quo illa exaggeret. exemplificet deprimat aut aptior fiat perſuaſioni.

Exemplum parentheſis uel breuioris uel longioris.

e Go non tibi ſolum: ſed omnibus: ob incredibilem animi tui uirtutem (Es. n. & doctiſſimus. & prudentiſſimus & humaniſſimus) ea ſum deuictus beniuolētia: ut nihil ad cumulum addi queat. Vel ſic Cum Romam ueniſſem ad agendam meam (quam nonne ſcis) cauſam. Aberat enim ſummus pōtifex. Aberant cardinales. Aberat uniuerſa curia: Nullæ agebantˀ cauſæ. Nulli erat auditorium liti. Nullus iudicabatˀ. Nihil hactenus egi. Nihil attentant. Vel ſic Si parenteſis eſt prolixior me' prima excidant memoria uerba. Ego te plurimum (Cum quia ſumma es uirtute uir inſignis. tum quia me mutuo meoſq; omnis ꝗſtudioſe diligis tum quia nemo bonus eſt. qui te non uæhementi beniuolentia proſequatˀ ſic es ꝓmeritus) te igitˀ id circo plurimum nedūm amo uerum ēt & obſeruo: & collo.

Exemplum hyperboles maxime in poetis.

a Pud Virgilium de æneа: fama ſuper æthera notus: & rurſus Tollitq; ad ſydera fluctus. Non quia ſydera poſſint fluctus attingere: ſed quia altius dici nequeat. Vel ſic. Pulchrior uenere caſtior es diana. Vel ſic: Pigmæo minor es: turpior dæmone.

Exemplum digreſſionis.

Clarus es tu qdē īter oratores: ſed aliquis potius Demades: ꝗ demoſthenes. Aiunt. n. ad demadē ire ſolitos: q orationē uellent celerē & īmediatā: ad demoſthenē: q pēſata peterēt & elimata. Proinde cōſueuit dici demadæ orōnes nihil: at Demoſthenis oleum ſapere. Clarus es tñ orator: & celer.

De dicendi ſcribendiq; generibus.

Sciendum autem eandem eſſe rationem in ſcribendo quæ & in dicendo eſt: In utroq; rhetoricæ ac oratoriæ uix extat. orare: ore ſignificat pronunciare quare in dicendo eſt opus pronunciationis ratione. In ſcribendis autem epiſtolis: hoc eſt. miſſiuis: ea ratione opus non eſt.

De pronunciationis ratione.

Eſt autem pronunciatio in tres partes diſtributa: in uocē. uultū ac geſtū.

De uocis uariandæ ratione.

Vox triplex eſt: magna. mollis. flexibilis. Magna debet eſſe in argumentationibus: mollis in rebus lætis: flexibilis in miſericordia comparanda.

De uſu uocis.

I Nitio orationis uox ſit parua: ſed non infima: & inaudita: ſed quæ poſſit pedetētim augeri. Mox ī narratiōe ſit altior: ſed mediocriter

Mox in diuiſione augeatur. ſed fiat augmentũ ut nõ deueniat̃ ad clamorem
ꝑcuſſorum aut uigilũ nocturnoꝝ. Mox argumentationes mollitudinem &
flexibilitatẽ cõſequant̃. Eſt enim uox mollis: hoc eſt dulcis: nõ aſpera: non
rauca: non ꝑturbata ſed quæ tybiam potius imitet̃ q̃ tubã: Flexibilitas uult
poſſe nũc ꝑ materia exaſperari: nũc mitigari: nũc flere: nũc ridere. Si lauda
tio ſit alicuiꝰ: uox ſit mollis: & mitis: Si uituperatio: uox aſpera. Si animat̃
aliquis ĩ aliquẽ: uox dira & iracũda. Si funus agit̃ uox mœſta & lachrymo
ſa. Si ſit alicuius execratio: uox alta & ꝑturbata. Fiant ſimiliter exclamatio
nes aſperæ: ac depreſſæ. Aſperæ: cũ cã eſt nefaria: ut ĩ uiciis abhominãdis.
Depreſſæ: ut ĩ cõmiſerationibus: Dicendo in cã ſceleſta. Proh deũ immor
talẽ: hoc ſcelus cõmiſit ne quiſq̃ alius. uox efferat̃ altiſſima. dicẽdo cauete
iudices: ni tales caſtigetis: cauete: uox ſit & alta & turbata. Dicendo ĩ cõmi
ſeratione: cõpatiendũ eſſe mendicis: uox ſit minima & flebilis. dicẽdo illis
ſubueniendũ. uox ſit lachrymaꝝ plena. In peroratione ꝑ amplificationem
uox ſit mediocris cũ claritate ꝓnunciandi ſed ſine anhelitu: ne ſpiritus defa
tiget̃. In cõcluſionibus fiat uox mediocritis: ſed tardior ꝓnunciatio: ut ĩtel
ligat̃ quid concludit̃. Tamen ſemper animaduertendum ne fiant exclama
tiones cum hac uocis mutatione: niſi materia ſit aut abhominabilis: aut mi
ſerabilis aut admirabilis aut rara. bona uel mala.

### De uultus uſu.

Vm uultus nõ ſit facies: ſed ſignũ apparens ĩ facie: ſecũdum animi
c motũ ut illud docet Naſonis: Heu q̃ difficile eſt: crimẽ non prode
re uultu: debet orator uultũ accõmodare uoci ac materiæ. Nã ſi rẽ
flebilẽ exponeret læto uultu: aut rẽ feſtiuã mæſto uultu diceret̃ ĩeptus: qui
neq; reꝝ. nec ꝑſonaꝝ. nec tꝑorũ ſeruaret cõditiones. Vt uno igit̃ cõcludat̃
uerbo: cum uerba ſint caꝝ notæ: quæ ſunt ĩ anima paſſionũ: pro uerbis ſit
uox: ut dicere uideat̃ orator ex ſe: nõ aliunde didiciſſe. pro uoce uero ſit uul
tus: in perturbata uoce acerbus: in flæbili ſubtractus: ut animi uæhemẽtia
eo uultu intelligat̃ cum uerborum conuenire uæhementia.

### De geſtus uſu.

Geſtus autem non debet inurbanus uideri: ut neq; uultus: nec uox in re
læta: debent in ſcurrilem profundi riſum: nec in re mœſta muliebres diſtẽ
di lachrymas: aut uociferationes: ſed quo ad natura conſuetudinemq; uiro
rum deceat grauium & modeſtorum. Debet geſtus: ad rem exaſperandam:
quæ uituperatur: aliquando caput mouere minis ad rem mitem & miſera
bilem inducendam aliquando palmas piecatorias iungere: inducendo uir
tutem homines ad ſe inuitantem: brachia aperta pro excipiendis uenienti
bus demonſtrare: faciem aũt nunc ad hos mouere: nunc ad illos uertere: cũ
q̃bus ſit ſermo: ne quaſi ſtatua loq̃ uideat̃ uel puer: q ſit occupatus in memo
ria tenenda quæ ſua non ſunt: Rem admirandam de ſuperis exponendo:

frontem ad cælum uertere:Rem perniciosam pronunciando:inferna reſpicere:Diuitias & pompas orbis deteſtando:brachia aperta cum fronte & toto corpore circunuoluere:Rem pudibundam in medium afferendo:tenere os ad terram uerſum:deterrendo:manibus pedibuſq; pulſare.

De epiſtolarum ui ac ratione.

Epiſtolæ uero multifariã habẽt materiã.ut ĩ octoginta infra patebit epiſtolariũ titulis.Sed triplicẽ uim ac rõnẽ:ut aliquando ſint familiares:aliqñ familiariſſime aliqñ graues ac ſæriæ:ſeruẽturq; ĩ iis duæ rõnes: Prima ratio ſtili:ut familiariſſima ſit ĩ ſtilo infimo familiaris in ſtilo mediocri:grauis in ſtilo ſummo.Secunda rõ artificii ut familiariſſima ſimplicem habeat rei expoſitionẽ:ut inter familiariſſimos dicit̃:do.accipe.mitto.fac:ſine multa circuitione:aut argumẽtatione:aut apparatu.familiaris uero aliquid ſed modicũ:apparat̃ aũt argumentatione:Grauis aũt pro rei qualitate:aliquando uim orõnis ſummæ:aliquando mediocris:aliquãdo paruæ tenet: Nam oratio ſumma ſex habet illas ſuperiores orõnis partes: hoc ẽ ſi dicat̃ de pace aut bello tenẽdo ĩ ſenatu:uel apud principẽ oratio mediocris carẽt cõfutatione nonnunq̃ & exordio.In cauſa honeſtiſſima:ut in nuptiis:oratio parua eſt:quæ caret exordio & narratione:interdum & diuiſione:ut in uiſendo principe:ubi dicit̃ quare illo uentum ſit:& quid petat̃:ut ſuperius uiſum eſt.Totuplex igit̃ epiſtola grauis quotuplex eſt oratio:aliquãdo omnes orationis complectit̃ partes:aliquando aliquas.

De ſtili ratione ac uarietate.

Stilus ĩfimus nõ habet uerba ignaris pædagogulis cõmunia ſed ornata At nõ exqſita nõ habet ſentẽtias uulgares:ſed eruditas:at ñ raras:hoc mõ.

Exemplum ſtili infimi.

Hic dies Lælii paulinæq; nuptiis dictus eſt felix.
Hanc ob cauſam in hunc conuenimus locum o ciues optimi.
Non improuide ſibi conſuluerunt:qui matrimonii leges ſubierunt unde omnis humana rite propagat̃ uita.

De ſtilo mediocri.

Stilus autem mediocris habet nõ rara admodum & exquiſita uerba uel ſententias:ſed meliora longe:ac rariora infimo ſtilo:ut ſi dicat̃:hoc modo.

Exemplum ſtili Mediocris.

Nihil eſt tã ſalubre humano generi patres ampliſſimi:q̃ poſteritati operã adhibere:quodq; Aurelius ĩquit:Generatõi regenerationẽ ꝑparar̃ oportet.Nã cũ quottidie diuerſis diſcriminibus ĩ Horcũ delabamur debem9 diligẽtius cõſulere ſucceſſioni:Quod neqre cõmodius aptiuſq; lege fieri:q̃ ſi cõnubio mares fæminæq; ſanctiſſime cõiungant̃:qs eſt.q neſciat. A ſupis ẽ igit̃ ad mortaliũ cõſuetudinẽ.utilitatẽ.dignitateq; mrimoniũ ĩſtitutum.

De Stilo Graui.

Stilus autem maximus& uerba complectit̃ rara:& ſententias crebras.&
auctoritatibus nitit̃:& profuſiores habet ſtructuras:ut ſi dicat̃ hoc modo.

Exemplum ſtili grauis in eadem Materia.

Vm permagnū eſt honus & ꝓdificile:de iis rebus orōnē habere: ꝗ
c ſit ampliſſima:& quouis oratore clariſſimo digna. Tū illud hoc lo
ci me reddit audētiorē:q̄ exilitas īgenii mei patiat̃:qđ eſtis uos pa-
tres ampliſſimi:ut eruditiſſimi:ſic oīum humāiſſimi:atq; unice ꝓ benigni
Matrimonii uero laudes & ſi ſunt īnumerabiles:tales tamen:ut uel lr̃arum
experti ſua ſuccurrant ſponte:nolintq; titubare pro ſe quenq̄.

De Titulorum Epithetorumq; ratione ac uſu.

Vehementer autem errat̃ in titulis uel ſcribendarum epiſtolarum:uel di
cendarum orationum in epithetiſq; hoc eſt adiecturis quaſi cognominib⁹
quæ ſolent dicendo:ſcribendoq; imponi:tam rebus q̄ perſonis:etiam in ꝓ
ſopope:de qua ſtatim inferius dicet̃.

De proſopopea crebra in poetis.

Olent.n.poetæ.q cū oratoribus eādē ſeruāt artē:licet alia orōnis le
ſ ge hoc ē carminibus:uti ꝓſopopea:q̄ ſibi de re inſenſata ſenſibilis
ſingit faciē:ut melius ī auditoris lectoriſq; īprimat mētē:ut Virgili
us Atlantē lybiæ montē fingit ſenē & cætera. Martianus artes liberales ſuis
fingit corporibus. Vt igit̃ eſſe turpe:uitiū fingere corpus formoſum :uirtu
tē uero corpus de forme. Angelum turpē:dæmonē pulchrum: ſic dicere.
mare frugiferū:aut terrā ueliuolam:epitheta non complectit̃ ſua nec:decet
ſummum pontificem appellare fortiſſimū:imperatorē uero ſanctiſſimū.

Exemplum Titulorum ſummi Pontificis.

Sanctiſſimus. Beatiſſimus. Clementiſſimus. Pientiſſimus. Indulgentiſ-
ſimus. Miſericordiſſimus. Benigniſſimus. Beneficentiſſimus.

Exemplum epithetorum ſummi pontificis.

Succeſſor primi petri. Chriſtū ī terris referrētem. Dei miniſtrās officia.
Veniæ ī orbe largitor. Cæli reſerator. Inferni clauſor Superioꝝ īterpræs
Apoſtolicæ ſedis auctor. Quirinalis regni tutor. Chriſtianoꝝ protector.

Exemplum Titulorum Imperatoris Auguſti.

Diuo cæſari. Fauſtiſſimo Auguſto. Sacratiſſimo Romanorum Impera
tori. Inuictiſſimo chriſtianorum regi. Feliciſſimo imperii auguſtalis pro-
tectori. Perbenigno Cæſari.

Exemplum epithetorum imperatoris auguſti.

Expugnator ꝑfidoꝝ. Defenſor chriſtianæ fidei ſupremi imperii cuſtos:
Inconcuſus īperator. Aſylum chriſtianoꝝ. Maximus atq; optimus quirini
inte rpræs. Nullius laudis rex in capax: Magni decentiſſimus princeps.

Exemplum Titulorum Cardinalium.

Integerrimus pater. Sanctimoniæ pleniſſimus. Sapientiſſimus: Grauiſ

ſimus.Cardinalis præclariſſimus.Pietatis ſtudioſiſſimus Benemerentiſſimus cardinalis.Officioſiſſimus.

Exemplum epithetorum Cardinalium:

Aetheriæ ualuæ cardĩes.Rubra Mitra ĩſigniti.Puniceo diademate cincti.ſummo pontifici aſſiſtentes.Proximi ad põtificatum maximum.Cardinea dignitate præſtantes:Purpurati cœtus participes ſummi concilii mẽbra.Apud apoſtolicam ſedem primi pontifices.

Exemplum titulorum Regem.

Sereniſſimi.optimi reges clementes.æquiſſimi.
Gratioſiſſimi.Liberaliſſimi.Prudentiſſimi.facillimi:
Manſuetiſſimi.Beneficentiſſimi.Innocentiſſimi.
Chriſtianorum propugnatores.Eminentiſſimi.
Chriſtianiſſimi.

Exemplum epithetorum Regum:

Legum in orbe tutores.æquitatis auctores.Sceptrigeri princeps.Naturæ in terris ſimulacra.Optimi rerum humanarum auctores.Totius orbis nutrimenta.Vexilla chriſtianorum.alimẽtatores clarorum hominum.Beneficentiſſimi reges.Corona inſigniti.Diademate regio nitidiſſimi.

Exemplum Titulorum Archiepiſcoporum.

Antiſtiti optimo.Patri præſulũ benemerẽti.Epiſcopoꝝ præfecto digniſſimo:& etiam cõpetunt ei:quæ cardinali:præter decernentia cardinalatũ.

Exemplum epithethorum archiepiſcoporum.

Preſulatus tutori.Epiſcopatuum aſylo.Metropolis rectori Epiſcoporum principi.Sanctimoniæ ſtudioſo.Magna præſuli auctoritate.Parti patrũ.Nullius ſapientiæ experti.Grauiſſimo patri.

Exemplum titulorum epiſcoporum:

Præter reuerẽdiſſimũ.qcqd aliud.Nã uenerabile a uenerãdo dictũ diis cõuenies dat̃ qbuſqꝫ monachis.Reuerẽdiſſimus aũt a reuereor qđ met⁹ uerbũ ẽ ꝑuenies dat̃ ſũmis põtificib⁹:qſi æq meruẽdi ſint:ut ſeculares dñi: ac tyrãni.Dicunt̃ epi eximi patres chriſtianoꝝ.Vrbiũ ſuaꝝ põtifices optimi Benemerẽtes fidei nr̃æ tutores.Patres colẽdiſſimi.Obſeruãdiſſimi pſules

Exemplum epithetorum epiſcopalium.

Ii quibus Chriſtianarum dat̃ eccleſiarum cura.Procuratores chriſtianæ religionis.Præſides pſulatuum.Antiſtites innocẽtes.Paſtoris humanarum ouium.Sacri gubernatores ſacerdotiorum Eccleſiaſticorũ militũ duce.Maximi ſuorum epiſcopatuum ſacerdotes.Vncti patres pſbyterorum.

Exemplum titulorum abbatum & prepoſitorum ac archipreſbyterorũ.

Innocentiſſimo.Integro Sacrarum morum pleniſſimo.Sanctimoniæ deditiſſimo.Religionis curioſiſſimo.Talis eccleſiæ primario.Monachorũ ſeu preſbyterorum benemerenti pfecto.Pio ſuæ fidei cuſtodi.

Exemplum epithetorum eorundem.

Obſeruandus talis eccleſiæ uel monaſterii præſes. Incoruptus ſuorum ſa-
cerdotum obſeruator. Officioſiſſimus in tali eccleſia uel abbatia obtimas.
Gratiſſimus diuinorum exercituum manipulus. Aſſidus eccleſiaſticarum
rerum uigil. Inter abbates omnis uel præpoſitos rara phœnix.

Exemplum Titulorum theologorum.

Theologo ſapientiſſimo. Sacræ ſciẽtiæ ſummo ĩterpræti. Diuinaꝝ lra
rũ ĩ terris arbitro. Sacratiſſimi dei ſtudii apud nos expoſitori. Cæleſtiũ ar-
tiũ p̄ceptori doctiſſimo. Innocentiſſimo theologiæ philoſopho. Clariſſi-
mo theologo.

Exemplum epithetorum eorundem.

Qui cæleſtia nobis p̄cepta reſerat. Cui archana dei cõmittũt. A quo do
cemur q̄ ad diuinas ĩſtõnes attinẽt. Qui ſemp̄ ĩ diuinis uerſat̃ cõtẽplãdis.
Quẽ nihil cæleſte latet. Qui reꝝ humanaꝝ & diuinaꝝ ſummã cognitio-
nẽ habet. Cui datum eſt & noſſe quidem & interprætari Theologica.

Exẽplũ tituloꝝ reliquoꝝ religioſoꝝ cũ gradus ſui uel dignitatis additõe.

Incorruptiſſimo talis eccleſiæ p̄ſidi. Religioſiſſimo uiro. Deuotiſſimo
fratri. Studioſiſſimo religiõis p̄ſbitero. Cuſtodi talis ordinis accuratiſſimo
Sacræ militiæ cõſtãtiſſimo militi Patri optimo & diuinis deditiſſimo: Di
uinæ gratiæ religioſo. Sũmæ ĩtegritatis ſacerdoti. Probatiſſimo p̄ſbitero.
Epitheta in his ſuis excerpunt̃ titulis.

Exemplum Titulorum Ducalium.

Accuratiſſimo duci. Illuſtriſſimo principi. Inuictiſſimo imperatori. Aſ
ſiduo triũphatori: Continuo fugatori hoſtium. Victorioſiſſimo duci. Præ
ſtantiſſimo ſuæ Fidei cõmiſſorum defenſori fœliciſſimo.

Exemplum epithetorum ducalium.

Cuius cõſiliis nihil firmius. A quo ſemp̄ fortũa ſuperat̃: Fulmẽ talis bel
li. Hoſtilis ĩmẽſus terror. Mens incõcuſſa ĩmobilis. Omniũ in caſtramẽtã-
do prouidiſſimus. Cui parent cæteri quiq; duces. A quo uicti ſunt hoſtes ĩ
omni genere. Cæſaris imitator & Cyri. Alexandri ſimilis & Fabii.

Exemplum Marchionum Comitum & Baronum Titulorum.

Illuſtri domino. Indyto principi. Magnanimo marchioni. Preſtantiſſi
mo comiti. Clariſſimo baroni. Magnificentiſſimo principi Optimo regu
lo. Prudentiſſimo comiti. Sapientiſſimo domino. Excellenti Marchioni.

Exemplum epithetorum eorundem.

Qui ſublimi ſedet ĩ ſede comitatus. Qui excelſo eſt Marchionũ ĩ ſolio.
Quẽ cœtus baronũ digniſſime comitat̃. Magni decẽtia marchionis Exi-
mia comitis uirtus. Barõis clara dignitas Imperiales ubiq; comites. Sacris
amictibus ab ĩperatoribus inſigniti. Poſt reges ac duces primi prĩcipes.

Exemplum Titulorum militum mãipuloꝝ Centurionũ & decurionũ.

Fortiſſimo militi. Tolerãtiſſimo laboꝝ. Omniũ difficultatũ patiẽtiſſi-

mo.Immoto maniplo.Militiæ curioſiſſimo.Strenuo centurioni.Solertiſſimo.uigilantiſſimo.uiro militiæ ſtudioſiſſimo.excelſa mente maniplo.

Exemplum epithetorum eorundem.

In bene ꝓuiſis perſeuerans.Nullius leuitatis filius.Grauitatis & conſilii cuſtos.In hoſtes diligentiſſimus inueſtigator Artiū militariū īquiſitor optimus.Quē nihil lateat militare.Qui nunq̄ flere uiſus eſt.A quo abhorreat omnis metus.Cui gratiora ſunt militaria diſcrimina cibis moliſſimis.

Exemplum Titulorum equitis aurati.

Magnifico eq̄ti aurato.Inſigni laude cumulato.Præſtati militaris dignitatis uiro.Digniſſimo equiti.Auro benemeritiſſime decorato militi.

Exemplum epithetorum eiuſdem.

Militari inſignitus dignitate.Præclarus īter equites auratos ſuæ laudis tutor.Integra mēte ſūmaq; laude aureatus eques.īgenio ſingulari ad oēm equeſtrem dignitatem.Magnificorum operum pro ſuo ſplendore tenaciſſimus.Nulli plus rei:quam laudi & immortali uacans gloriæ.

Exemplum Titulorum poetarum.

Clariſſimo uati.Doctiſſimo poete.Præſtantiſſimo Apollinis interpræti.laureato poetæ benemerenti.Carminis antiquorum inſtauratori per illuſtri.Cunctarum artium uati ſtudioſiſſimo.Diligentiſſimo poetæ.

Exemplum epithetorum poetarum.

Phœbei aditi cuſtos.Tripodis Apollineæ tutor.Qui res geſtas īmortalitati cōmēdat.Prædicator futurorꝫ.Exq̄litus rerꝫ abditiſſimarꝫ decantator.Humanas res & diuinas canere cōplexus Numen quoddam in terris.

Exemplorum titulorum Oratoris.

Eloquētiſſimo uiro.Clariſſimo oratori.Præſtātiſſimo humanarꝫ artiū auctori.Liberaliū ſtudiorꝫ tutori.Bonarꝫ lrārꝫ ꝓpagatori.Diſtiſſimo uiro.

Exemplum epithetorum eiuſdem.

Qui lingua monet populos.Qui ꝑſuadēdo cūctos animat.Cui facilimū eſt:ſolo ſermone cunctos ī ſentētiā trahere.A quo nihil magis abeſt: q̄ ignorantia.Cum cuius eloquio eſt ſapientia coniunctiſſima.Cui familiaris eſt omnium bonarum artiū conſuetudo.Qui dicendo exornat omnia.

Exemplum titulorum philoſophi.

Accutiſſimo philoſopho.Bonarꝫ artiū īterpræti.Morꝫ īſtitutori.Naturæ contemplatori optimo.Humanæ ſapientiæ inquiſitori prudētiſſimo.

Exemplum epithetorum eiuſdem.

Quē nihil humanū latet.Qui mores docet.Qui naturæ iura pandit.Qui naturaliū rerꝫ ſcrutat̄ cāſ.A quo abditiſſima quæq; doctrinarꝫ oīum ītelligunt̄.

Exemplum titulorum iuriſconſulti.

Sapiētiſſimo iuriſcōſulto.Clariſſimo iuris īterp̄ti: Præſtātiſſimo legū latori.Acutiſſimo iuris enodatori.Doctiſſimo iuriſcōſulto.Viro iuris con

ſultiſſimo. Exemplum epithetorum eiuſdem.

Viro cecropidæ.Ligurgei laboris tenaci.Solonis puro.Scæuolæ clienti. Sulpicii uirginiiq; ſimillimo.Legũ enucleatori.iuris artifici nõ mediocri.

Exemplum Titulorum medici.

Accuratiſſimo phiſico.Medico fideliſſimo & doctiſſimo Morborum omnium curatori.Solertiſſimo medicinæ indagatori.Eſculapio medicorum.

Exemplum epithetorum eiuſdem.

Viro hippocratico:Galieneo clienti.Medicorum oſyri: Phœbeo genito. Hærbarꝝ pitiſſimo.Serapioni Auicenæq; clariſſimo:Medicinæ pitiſſimo

Exemplum titulorum & epithetorum Aſtronomi.

Aſtrorꝝ pitiſſimo.Sapiẽtiſſimo aſtronomo.Aſtrologorũ ptolomeo.Acutiſſimo ſupiorꝝ corporꝝ ĩdagatori.uati cõſultiſſimo.Rerꝝ futurum ĩterpti.

Exemplorum titulorum & epithetorum Muſici.

Armoniæ cæleſtis duci.Orpheo muſicorꝝ.Iucũdiſſimo muſico. Cõſonantiæ muſicæ pitiſſimo.Mercurio ſonoriſſimo.Apolloni cõcordãtiarꝝ.

Exemplorum titulorum & epithetorum Architecti & Geometræ.

Vetrubio Architetorꝝ.Archimenide Geometrarꝝ.Coloſorꝝ diligẽtiſſimo artifici.Piramidũ ſolertiſſimo cõpoſitori.Ingenioſiſſimo opificiorꝝ ꝑſidi. Exemplum titulorum & epithetorum Arithmetici.

Studioſiſſimo Arithmetico.Accuratiſſimo numerorꝝ ſũmatori. Diligẽtiſſimo ĩnumerabiliũ nũeratori:Pytholidæ Arithmeticorꝝ oĩum curioſiſſimo. Exemplum Titulorum & epithetorum magiſtratuum.

Eqſſimo ꝑtori.Prudẽtiſſimo iudici.Innocẽti ꝓ ꝑtori.Incorrupto ꝓ iudici.Magnanĩo.Iuſtiſſimoq; ꝓ dño.Fortiſſimo fideliſſimoq; tribũo. Claro tabelliõi.Inclito ꝑſidi.Illuſtri magr̃o eqtũ.Inuicto primipilo Digniſſimo q̃ſtori. Exemplum titulorum & epithetorum Grammaticorũ.

Peritiſſimo Grammatico.Bonarum litterarum ſtudioſiſſimo magiſtro Ludi litterali præſidi benemerenti.Litteraturæ doctori optimo.Viro doctiſſimo.Lactis litterarum præceptori.

Exemplum Ti.& epi.Senatoris & conſularis.

Iuſtiſſimo fortiſſimoq; ſenatori.Prudentiſſimo uiro conſulari. Nobiliſſimo patricio:Generoſiſſimo urbis membro ꝑclariſſimo ſenatus patri.

Exemplum Ti.& epi.ciuis Mercatoris.

Induſtrio & diligenti mercatori.Curioſiſſimo merca uræ patri. Mercaturæ ſtudioſiſſimo.Mercurio mercatorum.Inter mercatores Iaſon.

Exemplum Ti.& epi.Plebei uiri boni.

Ciui optimo.Probo & modeſto uiro.non abiectæ laudis ciui.Ex minore ordine uiro bono.Studioſo innocentiæ & integritatis uiro &c.

Exemplum Ti.& epi.Lanificis & cuiuſq; fabri.

Diligenti artifici.Bono opifici.Ingenioſo fabro Dædaleo clienti.

Exemplum Ti.& epi.Agricolarum.

Honeſto uiro.frugi agricolæ.Tempeſtiuo meſſori.homini gnauo.Solertiſſimo.diligentiſſimo.

ſ Ciendum autem eſt:ꝙ multa ſunt epitheta:quæ abiecta titulis aliquarum artium poſſunt cum ſingulis conuenire ac ſingulas artes ꝓ ſua qualitate decorarẽ:ut egregius:Singularis.Clarus.Præſtãs.Doctus eruditus.fortis.Conſtans.Inſignis cum ſuo caſu.hoc modo.Egregius poeta.Egregius orator.Egregius philoſophus.Egregius iuriſcõſultꝰ.Qui etiam egregius põtifex.Egregius imperator.Egregius Rex & ſic de ſingulis.Sed animaduertendum:ꝙ licet primi ac altiſſimi gradus mutari nõ poſſint ut pontifex maximus.Imperator &c.minores tamẽ & mediocres mutant̃:ut alius miles inferior non æqueſtrenus dicat̃ ac alter fortiſſimus:ſed uocet̃ laborum tolerans & militiæ ſtudioſius:& ſic reſpectu maiorum minores humilioribus titulis donentur ĩ omni facultate:& ſic alius Poeta illuſtris:alius poeticæ dicatur ſtudioſius & cætera.

Nunc aũt ad epiſtolaꝝ in oĩbus titulis & ĩ oĩ ſtilorũ genere deſcẽdemus exẽpla:ut quid & quõ fiat imitatio:facillius intelligat̃ Sequuntur octuaginta epiſtolarum ſcribendarum genera in titulos redacta cum exemplis.

Primus Titulus.

Commendaticia familiaris.

q Vi hanc tibi reddidit epiſtolam:mecum ẽ ſumma familiaritate cõiunctus:uir inquam & nobilis & diſertus.quem propter genus & uirtutes unice diligo:atq; amo:cupioq; ualere plurimum:arbitrat̃ ipſe meis litteris fore ſe tibi gratiorem.Eſt enim acturus iſtic neſcio quid:quod eum pungit uæhementer:Itaq; ſi me amas:& ſi cupis gratificari mihi:fac ut hunc ſuſcipias q̃ cõmendatiſſimum.Nulla enim in re poteris afficere me maiore uoluptate.Cæterum ſi quid eſt:quod mea opera poſſim tibi morem gerere.Nihil petes ame fruſtra.Bene uale.

Commendaticia familiariſſima.

c Ommendo tibi petrũ uirũ grauiſſimũ & mihi amiciſſimũ: cuius cõſuetudine delector plurimũ:& qui mihi uiſus eſt ĩ oĩ re ſua ſũma: laude cumulatꝰ.Quicqd ĩ hũc cõtuleris bñficii colatũ:ĩ me cẽſebo.Nõ ſecꝰ.n.hũc diligo:atq; amo:ac ſi frẽ meꝰ eẽt.Ne negligas hoĩem. Vale.

Cõmendaticia grauis.

f Vit mos antiquiſſimus & communi hominum ſocietate inductus Vt in comendandis hominibus amiciciæ munus ſeruaretur & iuſticiæ ſancto: Quid enim inter mortales diutius ſtaret:poſſetq; perpetuum appellari:ſine amiciciæ ratione iuſticiæq; officio:Nam homo per ſe uiuere quodammodo nequit in hoc orbe:niſi ab hominibus adiuuetur. Quare & cecrops apud athenienſes: & Moiſes apud hæbreos

Mercurius apud aſirios leges inuenerunt:quibus humanũ genus ſeſe tuerẽt
Itaq; & apoſtolus inbuit:alter alterius onera portate.ſed & Cicero:& plu-
tarcus de amicicia uerba faciẽtes declarauerũt:nõ poſſe hominẽ uiuere ne-
q; domi neq; foris:niſi amor humanæ fieret ſocietatis conſeruator. Quo
enim pacto qui palam uagabant̃ inter ſiluas & latibula ferarum:nec domi
cilia colentes:nec coniugia celebrantes:nec tenentes ultimũ uitæ cultũ ſeſe
in ſeruitutem legũ tradidiſſent:& ciuitates habitaſſent mœnibus ſeptas:ni-
ſi natura duce:& amor eos coegiſſet & iuſticiæ fundamentũ.quibus cõſtat̃
uidet̃ humanæ ſocietatis robur:Recte igit̃ Xenophon ille ſocraticus bene
ficio generis humani comperiſſe naturã ĩquit amiciciæ fundamẽta. Quã
obrẽ Ariſtoteles probat ſine amiciciæ rõne corruere quicquid eſt inter ho-
mines inter quos non eſt hæc uirtus:omnia ſunt ſimulata.uel diſſimulata:
omnia ficta.Omnia falſa:nihil firmi:nihil ſtabilis.nihil ſinceri: nulla ſer-
uat̃ fides nulla religio.nulla pietas.Ex huius uirtutis inobſeruantia.alii fœ-
nerant̃.alii ſpoliant:alii uiolãt.nemo tuet̃ alteꝝ:ſed eũ deſerit ut iudeus in
deũ de quo ẽ ĩ euãgelio.At ubi ẽ amor ibi pax.ibi fides .ibi cõcordãtia .ibi
oĩa palã ſunt & ex duobus fit unus:ut nihil uelit:aut nolit alter qđ & ſocius
nõ uelit pariter.atq; nolit.ſed ex ipſa uirtute amiciciæ:atq; iuſticiæ laude.
multæ ꝓficiſcunt̃ uiæ:cõditiõeſq; uiuẽdi oriunt̃.Inter quas ꝑcipua ẽ uitæ
cõſuetudo quã familitatẽ appellamus:Multi ſunt enim hoc amiciciæ uoca
bulo nuncupati qui uere non ſunt amici:cognomento ſpero potius appel-
landi ſunt hoſpites.Sed qui uiuunt una in ciuitate:q aſſidue ſimul uerſant̃.
Quiq; cum abſunt alter ab altero corporibus ſemper animi adſunt inter il
los uera eſt amiciciæ ratio.Nam & iuſticia curat illorum cauſas communi
rõne:& amicicia procurat eorum negocia cõmuni beniuolẽtia.Itaq; iur̃ a
ueteribus iuuctus ẽ mos amicoꝝ cõmẽdandoꝝ p epiſtolas illis:q & amici
eſſent & poſſent cõmode amicoꝝ deſiderio ſatiſfacere. Tu q̃ diu hic fuiſti
uir clariſſime mecũ ſumma beniuolẽtia cõiunctus es:quotidianaq; cõſue-
tudine cõfirmatus.nũc aũt poſtea q̃ diſceſiſti:nõ minore te ꝓſequor ſtudio
q̃ cũ hic eſſes:nec cuiq̃ cedo ĩ te amãdo.Itaq; nullã rẽ arbitror eſſe tãtã: quã
ꝓ me nõ ſis facturus ſiqdẽ nihil ego negligere poſſem:qđ ad te ptineret :&
ĩ mea foret facultate.Sed & Iulianus tanta eſt in me beniuolentia mutua:
tamq; cõtinua cõſuetudine mecũ uiuit:Et familiaritate mihi cõiunctus ẽ ut
inter uos poſſit eſſe nihil diſtinctũ.Quare cupio uæhemẽter:quaſi me ip
ſum :hũc omnibus eſſe cõmendatũ:ſed illis in primis:cũ qbus mihi eſt ami
ciciæ uinculũ:& quos ego pari uirtute ꝓſequor.Nã cũ huius res bñ habẽt:
bñ meas habere cẽſeo.Cũ accidit huic qcq̃ incõmodi:oẽm ĩcõmoditatem
cõem mihi duco.Eſt.n.uir ppaucorum hominũ:ĩmo nulloꝝ:ut imo utar
terentiano.Huius quidem uirtus & elegantia in dicendo:& laus excellentiſ
ſima a deo mihi & grata eſt & iucunda:ut nihil poſſit ad cumulum addi.

Certe ſi hominē noris:dices me mea opinione non fraudari. Hunc tibi fa cio q̄ cōmēdatiſſimū.cupioq; intelligere meā hanc cōmendationē:ſibi plu rimū ꝓfuiſſe.qđ ſi me amas:nihil omittes:qđ ad huius rē pertineat :ſed ei fauebis ei conſules:eum diriges in omni cauſa ſua:& hoc pacto facies mihi rem q̄ gratiſſimam.Vale ex Mediolano quinto calendas Ianuarii.

Sinonima commendaticia.

Iohannem tibi commendo.

Facio tibi talem commendatiſſimum.

Cupio ut nulla in re deſis tali.

Si me amas:accipe rem talis tibi commendatiſſimam.

Nihil eſt quod hoc tempore diligentius abs te petam:q̄ ut talis negocia ſtu dioſius proſequare.

Cum deſiderem tali omnia ſuccedere proſpere:tum cupio maximopere rē huius tibi commendatam eſſe.

Afficior tali uſq; adeo ut neminem poſſem tibi maiore pietate cōmēdare.

Si mea interceſſione ſuſceperis talem commendatum nihil eſt quo poſſis mihi magis gratificari.

Cū accepero fuiſſe tibi talē ob meā cōmendationē gratū atq; iucūdū: co gnoſcā eſſe te optima ī me mente.Obſecro te mirifice:ut nihil īuenias cau ſæ quo:minus tibi ſit talis q̄ cōmendatiſſimus:quem unice commendo.

Secundus titulus.

Conſolatoria pro funere familiaris:

q Vod obierit diē pr̄ tuus uir clariſſimæ:nō poſſum nō dolere uæhe mēter.Erat enim mihi iucūdiſſimus.Itaq; tā grauiter hāc rē tuli :q̄ ſi meus ipſe obiiſſet pr̄.Eius enim uirtus me mirifice īcendebat ad oēm laudē.Admonebat me.ꝑcipiebat mihi.nihil deniq; ſine moribus ex eius ore ꝓdibat.Itaq; digniſſim⁹ mihi qdē uidebat̄ q uiueret.& cui⁹ gloria nūq̄ īteriret.Quid dixi gloria:illa certe nūq̄ ē īteritura.Fiet.n.p illā īmor talis.Sed ei⁹ certe fama q̄ īter uiuor diſpgi ſolet loco gloriæ uiuēti ſuccede bat.Tātē diē obiit ſoluit qđ dēbat mortalib⁹ cū eſſet moribūdo corpor̄ na tus.Secū retulit ī cælū æterna.Nā apud ſupos mēs ei⁹ pſtātiſſima nūq̄ ē in teritura:tibi ualitudo ſuppetat.Inſtaurabis uitā pr̄is:nec eris inferior illo.

Cura igit̄ ut ualeas:Et q̄ mortalia ſt̄ ñ admirer̄ ſi cōtinuo corruūt & bñ uale

Conſolatoria familiariſſima.

a Vdiui qđ tibi moleſtiſſime:p̄rem tuū uiꝝ Clariſſimū hac luce fun ctū eſſe.Certe uir erat dignus uita:ſed quē icicirco deus ī cælū reuo cauit.quoniā eſt cōuenientius multo:ut futurus eē ī ſuperis ſedib⁹: q̄ inter mortales.Nā & ſi erat hic utiliſſimus ſuis oībus:quoniā incredibili ualebat uirtute:fecit tamen & pietas & religio.& fides ut merito fuerit ad ſuperos delatus:quia quidem in ſede poterit nobis prodeſſe magis:q̄ ſi

eſſet ĩ terris: modo tu bene ualeas q̃ patris teneas ſimulacrum. Ne feras ini qua mente. cũ mortali uita natus eſſet: ad ĩmortalem eſſe ſublatum. At potius precare deũ. ut tu quoq; illo pferaris. Reliquum eſt: ut diligenter cures ualitudinem tuam: quæ nobis eſt non minus iucunda: q̃ eſſet patris. Vale.

Conſolatoria pro funere grauis.

r Enunciatum mihi fuit: obiiſſe diem patrem tuum uirum præſtãtiſſimũ: quod certe perinde fuit mihi moleſtum: ac ſi hac luce functus eſſet: qui me genuit. uidet̃ igit̃ abſurdiſſimum: ut qui conſolandus ſum in hoc mœrore: alios cõſoler. Sed ne tãdẽ homines ipſi uideamur brutorũ ſimiles fieri: ĩ qbus nulla uis eſt rationis: qbus dũtaxat ſenſus & pturbatio dominat̃ rõne duce nos ipſos cõſolabimur. Vt eo aũt pcedamus ordĩe quo decet: ueterũ ĩtelligamus animos ad oẽ fortitudinis argumẽtum ĩſtitutos: & de mortis neceſſitate cõmentemur. Quis ĩ hoc orbe naſcit̃: qui non aſſidue uideat mortẽ ſibi paratiſſimã eſſe: niſi hoc ordinaſſet ille opifex rerũ mundi melioris origo: aut nos in hoc orbe felicitatem nobis omnẽ propoſitam exiſtimaremus: aut q̃tum ſenſu moueremur: tãtum ſaperemus & intelligeremus: præſentibus intendentes: & paululum uel præterita uel futura ſentiens: ut ĩquit Cicero. Corruũt ergo q̃ ſunt ĩ hoc orbe ſingula: Nec cuiq̃ ſuæ uitæ certus eſt dies unus. Quid q; ea quæ uident̃ diutius duratura: continuo delabunt̃. Nam quæ fiunt quaſi nunq̃ ruitura mœnia nobiliſſime fundata: ſuperbiſſimeq; ĩſtructa: quaſi ad cælũ ceruices erigentia multis temporũ difficultatibus æquant̃ ſolo. Vbi nunc thæbe Buſyridis illa tã magnifica tãtoq; ſplendore domorũ exornata: ubi granaria pharaonis ubi pyralia Babilonis: ubi Coloſſus Rhodius. Sed ubi græcia: ex qua tot tãtiq̃ duces: uiri ĩ omni genere laudis pclariſſimi pdierũt: ubi Argos cũ ſuo Inacho: ubi micæne cũ ſuo Agãmenone & menelao: ubi phthiæ cũ ſuo Achille: Vbi pylus cũ Neſtore: ubi Itacha cũ ſuo ulyxe: ubi corĩthus cũ ſuo periandro: ubi leſbus cũ ſuo phittacho: ubi miletũ cũ ſuo thalete: ubi oĩs Lydia cũ ſuo Crœſſo ubi babilõ cũ ſuo Nino: ubi pſarũ palatia cũ ſuo Cyro cũ Xerxe cũ Dario: Vbi Macedonia cũ philippo & Alexãdro: ubi ſpartani cũ ſuo Lygurgo: ubi Lacones cũ ſuo Ageſilago: ubi Thæbe dentibus ſerpẽtinis pcreatæ cũ ſuis diis Baccho atq; Hercule. ubi athenæ cũ Themiſtocle: cũ Alcybiade: Pericle: Solone toto; illuſtribus uiris ĩ omni uiuẽdi genere: ubi deniq; ne oĩa pſequar: Roma illa priſca Barbarorum domitrix. Græcorum imperatrix: Latinorum mater: & totius orbis domina cum ſuo Mutio: cum ſuis horatiis: ſuis brutis: ſuis Scipionibus: ſuis marcellis: ſuis Emiliis: ſuis Fabiis: ſuis metellis: atq; cum ſuis demum tot Cæſaribus: ueluti flores atq; uiolæ ſolent: quæ admiramur in mũdo: cuncta defloreſcunt: & a mane ad ueſperum concidunt. Atq; alia uitæ pars alia inſectatur & pellit. Infantia q̃ſi lepus puericiam quaſi uenatorem effugit. Pueritiam pellit adoleſcentia:

huic inuidet iuuentus. Hanc inſequitur uirilitas. hæc a ſenectute fugat̃. Se-
nectutem prædat̃ decrepitas: ĩquam fit ut deueniat uita noſtra: ſuccumbet
qꝫ deniqꝫ morti. Mors omnia mordet ut Auguſtinus inquit hanc hectoris
fortitudo non euitat: nec deſteritas Achillis effugit: nec Herculis robur. nec
Phalaridis minæ nec Gãimedis aut helenæ pulchritudo: nec caſtitas Hyp
politi aut dianæ: nec doctrina Socratis: aut platonis: nec prudentia Cato-
nis: nec continentia Scipionis: nec iuſticia Ariſtidis: nec carmen Homeri:
aut Maronis: nec oratio demoſthenis: aut Tullii: nec quiſquis in hoc orbe
uel ſplendidior fuit Lucillo: uel ditior Myda: uel maior animo quocũqꝫ Iu-
lio potuit hanc mortis rabiem non guſtare. Itaqꝫ recte Anaxagoras audita
morte filii ſe nihil ĩquit uel noui uel inopinati accepiſſe: cum ſciret illum ex
ſe natum eẽ mortalem. Cur igitur dolemus: cum noſtrum aliquis huic ſuc-
cumbit neceſſitati: An arbitramur poſſe nos reficer̃ hominem alium: q̃ pri
us eſſet: ſi id aſſequi nequimus: parcamus neceſſitati: & cum non poſſumus
quod uolumus: uelimus quod poſſimus: ut apud Terentium eſt. Nõne de-
bemus ſponte ſequi: quod inuiti feramus opus eſt: Et ratione potius obtẽ-
perare q̃ tempus ſequi: quod nos ad obliuionem mœroris perducat: Quo
tiens autem rationem audiemus: totiens illa nobis declarabit hanc nõ eſſe
uitam quam mortales incolimus: ſed eam: ad quam rapiuntur uiri boni:
quæ ut ait Auguſtinus iugebit æternitate memoriæ: & immortalitate glo
riæ: & in qua ut apoſtolus inquit: quem nunc uidemus ueluti per ſpeculum
in enigmate: tunc uidebimus facie ad faciem: Proinde ſocrates apud Plato
nis Phedronem de immortalitate animarum commentatus optare ſe dice
bat mortem: cum non niſi ea uia poſſet ad ſuperos proficiſci: Itaqꝫ & apo-
ſtolus dicere ſolebat cupio diſſolui & eſſe cum Chriſto. Quamobrem pa-
ter ipſe tuus & neceſſitate naturæ ductus ex hac uita ſubreptus ẽ & uoto ſuo
potitus iucundiſſime ex hac peregrinatione in patriam ueram peruenit: &
ex procelloſa nauigatione in tranquilliſſimum portum perductus eſt: In-
uidebimus igitur ne ipſi: aut potius eum æmulabimur: Nobis legendum
eſt: quos in hac uita: ut apud Aurelium legit̃. continue torquẽt timor & do-
lor: nõ ſimul torquẽtes: ſed cruciatũ alternãtes: ut quãdo bene eſt. mortali-
bus timẽdũ ſit: quãdo eſt male: tunc ſit dolẽdũ. Feramus igit̃ nõ ſolũ æqua
mẽte ſed æquiſſima: ꝙ pr̃ tuus uir grauiſſimꝰ ex his tenebris: terreſtriqꝫ cæ
no: ac corporeo carcere: ad illã ſerenitatẽ cæleſtemqꝫ puritatẽ & ſpiritualẽ
libertatem elatus ſit: & ſuæ fœlicitati gratulemur: Gratulemur: Reliquũ ẽ:
ut ita ſit tibi ante oculos imago patris: ut & quãdiu uiues in hoc orbe non
ſis inferior ipſo: & poſt digreſſionẽ tuã poſſis ad ſuperos aperta fronte ꝓfi
ciſci: & cũ tuo patre cæteriſqꝫ uiris bonis in æterna beatitudine ſemper re-
quieſcere: Me autem habes quo ualeas haud ſecus uti: ac fratre. Vale.

Sinonima conſolatoria pro funere.

161/CCC

Dignus es conſolatione.
Mœror tuus leuandus eſt.
Egritudo tua ratione tollenda eſt.
Tuus luctus eſt ratione frenandus.
Quod donandum eſt neceſſitati: donetur potius rationi.
Quas lachrymas ſiccabit tempus: eas ſiccet intellectus.
Tergenti ſunt oculi tui ne nimis obediens uidearis ſenſui.
Cum prudentia ſit in omnibus rebus adiutrix adhibenda: tum præcipue ubi mœror nos opprimit.
Nihil ē accuratius conſiderandū q̄ ne langueas ꝓ dolore ubi opus non eſt.
Ego tibi conſulo ne puerum te potius plangendo patefacias: q̄ uirum grauem te ipſum ratione conſolando.
Non eſt cuiuſq̄ lugendus obitus: qui moriturus uiueret.
Nemo doleat: ex ſuis amiſiſſe aliquem: qui mortalis fuerit.
Ea lege naſcimur omnes ut moriamur.

Tertius Titulus.

Conſolatoria pro re perdita familiaris.

QVod magna tibi rē fortuna ſubſtulerit naufragio: non potes nō cōgemiſcere: ut mihi q̄dē renūciatū eſt: facis ut īterdū illi ſolent q̄ languent aliqua egrotatiōe: quos cogit naturalis dolor nō poſſe īterdū ſeipſos tolerare. medici uero q̄ ualent meliuſcule īducūt quæ ad medicinā proſunt. Cogita ꝑ deū īmortalē hæc fortunæ bona: ſemꝑ fuiſſe lubrica neminemq̄ unū diē tuto poſſediſſe. Itaq̄ recte philoſophi uoluerunt extra animū & extra corpus eſſe fortunæ dicēda bona. Qualis aūt fortuna ſit lege Naſonē īquientē: Paſſibus ambiguis fortuna uolubilis errat. Et manet ī nullo certa tenaxq̄ loco. Quid igit̄ tibi dolendū eſt: ſi ꝓ ueteri ſua cōſuetudine fortūa tibi rapuit quæ tua nō erāt: Si diminutū eēt tui corporis decus: poſſes id fortaſſis īpatientius ferre. Si uirtus & laus tua & oē anī decus deterius factum eſſet: nō iniuria tibi ducerē lachrymandū & ad cælem uſq̄ tollendos ullulatus. Tua enim hæc ſunt cū q̄bus īmortalē gloriā ſis cōſecuturus. ſed quæ ſolent ut Baſilius inq̄t: Alearū more ab uno in aliū commutari: nec ſtabilia poſſunt appellari: nec cū effluxerint gemēda ſunt. At dices ad neceſſitatem nō eſt mihi fortunarꝫ ſatis: Cui ego naturā ne ignoras paucis minimiſq̄ cōtentā eſſe: Sine q̄bus ut Luculus aut Craſſus uiuere: uiuēs ut Tellus atheniēſis: ut Codrus Romanus. Si non erit tibi domi regius ſplendor: erit ciuilis parcimonia & urbana modeſtia. Cōmunis eſt quotidianaq̄ in ſingulis orbis partibus hæc tua iactura. Sed ſtultos opprimit dolor: ſapiētes rō moderat̄. Eſſem ī hoc dicēdi genere longior: ſi cenſerē hæc & multo plura te latere. ſed quoniā ſatis intelligo: ad te cōſolandū ī hac re nullum argumentum incognitū eſſe tibi: quæ ſcripſi. nō arbitreris ut tibi conſulam eſſe miſſa ſed

ut declarem non eſſe me immemorem pietatis in te meæ. Vale.

Conſolatoria pro re perdita familiariſſima.

a Ccepi naufragiũ tuũ:& ut pturbaris eã ob rẽ ĩtellexi. Certe cõſolaret te pluribus argumẽtis:niſi ꝑ nr̃a familiaritate te cognoſcere:ut ĩquit Horatius intus & ĩ cute. Itaq; ſcio te prudẽtẽ facileq; ĩtelligere fortunæ quæ appellant̃ bona nullius eſſe ꝓpria. Quod ſi terra ĩ his rebus nemini fidẽ ſeruat:q̃to minus ſeruabit pontus:cui:q ſe fidit:ut Iuuẽalis ait. Eſt digitis a morte delatus quatuor aut ſeptẽ. Tãtus ẽ hyatus ĩ pelago: ut aſſidue ſubmergant̃ rates. ſed qd leuius:q̃ ſe cõmittere uẽtis:quorum cõtinua mutabilia quãta ſint:q neſcit homo nõ ẽ:Eiuſcemodi naufragia quotidie fiunt:fortũæ nulli ſunt æterni comites. Amiſiſti rẽ nõ tuã:quod ſuũ erat fortuna recepit. Virtus tua cõſilio & rõne tibi modo ſeruet̃ & augeatur:nõ deerit propediem res amplior atq; magnificentior. Hæc ſatis: quod reliquũ eſt:me habes:cuius rebus omnibus æque uti poſſis ac tuis. Vale.

Grauis pro re perdita.

e T prius acceperã neſcio qd & nũc factus ſum cercior naufragio te rẽ non paruã amiſiſſe:proptereaq; mirifice augi. Haud recte ſaperent:q tecũ beniuolẽtia iunctis hoc aduerſus te fortunæ uulnus dolendũ admodũ cenſerent. Ego uero:qui & ſi non ſapio:curo tñ ſapiẽtũ imitari conſilia:neq; dolendũ eſſe arbitror cuiq̃ hunc caſum qui te amet:nec tibi uel ferendũ iniqua mente uel cenſendum inopinati quippiam accidiſſe. Quis eſt enĩ qui dicere poſſit ſuũ eſſe:quod fortuna laagiri ſolet: Nã ſiue maiorũ exẽpla ſequamur ſeu ueterq̃ ſententias audiamus:quanq̃ ad uirtutes exercendas ſunt hæc quæ dicuntur fortunæ bona neceſſaria neq; tamẽ in corpore neq; in animo ſita ualent hominũ appellari propria. Sunt enĩ inſtabilia, lubrica & quæ continue mutantur ut illud Senecæ:Rotat omne fatũ. Et rurſus:quẽ dies uidit ueniens ſuperbũ:hunc dies uidit fugiens iacẽtẽ. Quãobrẽ & iure ac merito illud addit. Nemo confidat nimiũ ſecundis nemo deſperet meliora lapſis. Miſcet hæc illis prohibetq; Clotho ſtare fortunã. Nonne & illud reſtat iuuenalis. Si fortuna uolet fies de rethore conſul. Si uolet hæc eadẽ fies de conſule rhetor. Et rurſus illud ſeruis regna dabunt captiuis fata triũphos. ſed bene monet idẽ inquiens. Nullũ numẽ abeſt:ſi ſit prudentia:ſed te nos facimus fortuna deã cæloq; locamus. Nam & Boetius ipſe ſeuerinus ita fatũ diffiniens. Fatũ eſt inherens ĩmobilibus ſeries qua diuina prouidentia ſuis quæq; nectit ordinibus: Et non multo pꝰ ait. In noſtra poteſtate ſitũ eſt qualẽ fortuna fundare malimus. Nemo ſapiens quicq̃ ſibi duxit eſſe ſubreptũ cũ fortunas amiſit:& plerique ſuarũ uirium cõpotes non dolent fortunæ curſus ſibi fuiſſe aduerſos Et Ouidiũ audiunt dicentẽ. Plus fati ualet hora benigni:q̃ ſi te ueneris cõmendet epiſtola Marti. Non omnino approbo ſenecæ illud. Non ſollicitæ poſſunt curæ

mutare rati ſtamina fuſi:ſed ſapientibus conſultoribus nemo congemiſcat ſi quid aduerſitatis fortunæ ſibi ereptum eſt.non doluit apud Homerum ulixes:neceſſe quicq̄ perdidiſſe dixit.Cū naufragiis nudus eſt eiectus ad corcyram:ſed tanta uirtute uir præditus a Phœacibus & Alcinoo Rege ſuſceptus ē humaniſſime ditiorq; dimiſſus q̄ ante iacturā fuiſſet. Quicqd hæc bona eos:a qbus coli ſolent īterdū peiores efficiūt:ut inqt Tullius. Cū his enim pferunt uoluptatibus q ſunt epycurei & patrant multa ſcelera q mali ſunt:ſed cū non ſit malū auꝝ & argentum quæ creauit deus(ut Auguſtinus ait)ſed malus homo dimittens creatorē & cōuertens ad creaturā ut illud ē dauiticū.Simulacra gentium argentum & aurū. Quis tamen poſſit ſe tuto dicere poſſidere quæ nullus habet certa:Crœſſus enim lydorū rex cui tātus theſaurus erat uno die a Cyro pſarum rege tot tantiſq; diuitiis priuatus eſt. At Cyrus ipſe a uili muliercula & regno ſpoliatus ē & uita. Quādiu fretus eſt Darius perſarum gaza:q̄diu lacedemoniorū & Athenienſiū res publica ſuis opibus potitæ ſunt.Artaxerſes qui cū tanto apparatu terra mariq; ī terminaretur in Græciam minimo quodam nauiculæ ſpacio contentus ī regnum rediit omni exercitu perdito.Quis fuit Annibali finis:qui perter refaciebat orbem:Quis Pompeio:Quis Cæſari qs deniq; maximis Regibus exitus.Vt illud ē Iuuenalis.Ad generū cereris ſine cede & uulnerē pauci deſcendūt reges.Et ſicca morte tyranni.ſed prætereamus principes quorū fortunæ:propter ambitionis obiecta tela rotantur aſſidue.q̄ crebri ſunt huiuſcemodi caſus ut naufragio corruant opes pluriæ nā qui ſeſe cōmēdat Eolo ducitq; tuta eſſe ſua ſingula is haud minus inſanit:q̄ ſi ī mediis leonibus decertans cū beſtiis faceret ſibi uitæ fidē.Cōmuniſſimus eſt igitur hoc periculorum genus:ut poſſit iam quottidianū appellari.fortunæ uero munera in hominū poteſtate nō ſunt:& eo debent haberi ī precio:quo Terentius uoluit inquiens.Hæc perinde ſunt:ac animus q utitur. Quod ſi ſapies ut antehac feciſti ſemp infirma ſolidaq; uirtute rē tuā omnē collocabis. nā quas diuitias appellant:ut Aurelius ait:uere non ſunt.Bona ea dici debent.quæ gloriā īmortalē pariunt.ſcriberē ad te plura:ſi cenſerē tui potius cōmouēdi:q̄ amiciciæ meæ cauſa ſcribendum eſſe Vale.

Sinonima conſolatoria pro re perdita.

Fer æqua mente rem amiſſam.
Noli deſperare meliora tranſactis.
Ne deiicias animum propter fortunæ aduerſitatem.
Eſto bona mente in perdita re minime tibi propria.
Nihil amiſiſſe iudica cum pecunia tibi ſublata eſt.
Cui uirtus ſuppeditat gloriam.ei fortunæ difficultas lugenda non eſt.
Imitandi ſunt ſapientes:qui nullam ſibi iacturam fortuitorum duxerūt eē lugubrem.

Sapientis conſilio patienter ferenda ſunt aduerſæ fortunæ tela.
Immoderata tempeſtate. nullus fortis deiecta mente iacuit ſed eo fortior factus eſt.
Cum animi uirtute toleranda ſunt fortunæ bella.
Qui patientiæ loricam induit fragilitatem fortunæ non metuit:
Solet animi magnitudo tũc eẽ præſtantior: cũ occurrũt pericula grauiora.
Nihil eſt in aduerſitate deſperandum proſperitatis.

Familiaris Conſolatoriæ pro exule.

I Egi tuã epiſtolã nõ minus iniucũde quanq̃ tu uideris ĩpatiẽtiſſime fere: quod extra patriã urbẽ cogaris exulare. Vbi nã tua ſolita prudentia nũc latet: Nonne iam pridẽ ĩtellixiſti nihil eſſe dolendũ: qđ neq; famã apud doctos & ꝓbos damnet: nec gloriã faciat eẽ apud ſuperos diminutã. Quis enim uir bonus eſt q nõ manifeſto cognoſcat nullo te tuo crimine factũ exulẽ: ſed inuidoꝝ delationibus & ĩproborũ ſtudiis. quod ſi quo factũ id eſſet tuo ſcelere: cauſam exilii tui nimirũ dolendã tibi eſſe cenſerem Nam in hominũ coronã uenires criminãdus & aſſidue ĩpietatis accuſandus & rei fama quæ in te notãda eſſet: iure ac merito: nec poſſet ab hominum clariſſimorum iudiciis reuocari: nõ eſſet abs te ſine tuis lachrymis audienda. Simularet enim te conſciẽtia quæ ante oculos poneret nefas qđ patraſſes doceretq; te tuæ culpæ pœnã lucrari: eſſet intolerabilis exilii pœna: ſed intolerabilior certæ conſcientiæ culpa. Me miſerũ diceres tecum loquens quid cogitaui: quid ſecutus ſum: quid uolui: quid erraui: quã pœnam ſceleri: dedi ubi: penates: ubi ſolacia ubi clientellæ: ubi reliqua mihi in urbe ſua uiſſima: omnium memor eſſes meritoq; illud Boetii poſſes in te cognoſcere infœlicitatum omnium peſſimum eſſe genus ſe meminiſſe fuiſſe felicem. At nunc cum intelligas erraſſe te nihil: ſic dices atq; conuerſus. Ego nihil cõmiſi ſceleris: decepi neminem Neq; fidifragus dici poſſum: nec alicuius criminis auctor. Inuidiæ me tela ſunt inſectata: quam ſic Cicero diffiniuit inuidia eſt egritudo alieni boni. Cõmunis eſt hæc peſtis procerũ ualitudini paratiſſima: Nã ut illud eſt Senecæ. feriunt ſummos fulgura montes nemo me ex patria pepulit cũ ſim ubiq; terrarũ atq; gentiũ bene ac cum uirtute uiuens patriam inuenturus. Neq; erat illa patria: q nõ mihi: ſed ſceleſtiſſimis pluribus eſt cõmunis. conſiderabis deniq; ex maximo fluctuum turbine in tranquilliſſimũ te portũ perueniſſe hoc eſt ex ſumma difficultate ſuſurronũ murmuratorũ inuidorũ detractorũ decoctorũ delatorũq; quib9 habundat tua patria: in optimum conuentum bonorum ciuiumq; præſtãtium profectum eſſe. Hæc ſcio tibi eẽ perſpectiſſima: nec ꝙ ea ignoras ad te ſcripſi: ſed ut in recenti uulnere amiciſſimi medici officio fungar qui uel non uocatus accedam ad medicandum. Cura ut ualeas.

Familiariſſima.

LC1/CCC

q

Vod exulē te ꝓſcripſerint īuidiatq; īprobi quidā:q tuæ laudis maieſtate nō poterant tolerare:ne doleas amice optime. Sic. n. ab illis fieri ſolet:quos diſſimilitudo morū atq; ſtudiorū reddit inimicos. Quo modo poteras illis eē gratus:q ſunt oī uicio polluti. Iure te igitur noluerūt ſecū eē:quē ſciebant ſcelerū ſociū habere non poſſe. uiues cum illis & diutius & fœlicius:quos iſtic inuenis tui ſimiles ꝓbos inq̄ & iuſtos: quorū ſocietas & conſuetudo poterit omni' te ſemper moleſtia liberare. Vale.

Grauis conſolatoria pro exule.

q

Vod exiliū lugeas:quaſi rē moleſtiſſimā & quā nequeas tolerarē:uolui miſericordia quaſi ad te recreādū cōmouerit:quippe qui nō poſſum aliqn̄ humanitatis officio nō fungi. Cū ut īquit Terentius poſſim dicere:homo ſum humani nihil alienū a me puto. Docet & nos apoſtolus īquiens debere nos gaudere cū gaudētibus & flære cū flētibus: & ne humanitatis officiū turpe ſit:nec gaudiū uel fletus ſine rēcta rōne. Nā quanq̄ oīs paſſio īprobanda ē:cū cōtra rōnē niti uideaē:tum eo ē fœdior: quo magis excedit. & nō obſeruaē illud uliſſis qd̄ apud Terentiū uſurpatū ē:ut Ne qd nimis cogit natura nos aliqn̄ dolere & cōgemiſcere. Nō. n. ſumus ferrei nullus ī nobis ſit ſenſus. ſed ī oī reſeruandus ē modus ille Ciceronis :& tenēda mediocritas Ariſtotelica Niſi frenaremur īpetus ſenſitiuos :& cū rōne moderaremur appetitus:certe īter nos & belluas nihil ītereſſet. Sentiūt n. & illæ quæ dulcia ſunt & quæ amara:doloribuſq; atq; uoluptatibus īuoluunē. At ī nobis cōſiliū temeritati præficiē. ſobrietas intēperātiæ. Innocētia maliciæ:& oīs rō ſceleribus cunctis. Itaq; cū uel graue ac ꝑ difficile fuiſſet hoc bonus exilii tui:debuiſſes poſt diutinas lachrymas cōualeſcere :& te totū tibi reddere. Ego igiē iā meipſum ī mentē quietiorē traduxi cognoui ꝙ tuā hanc aduerſitatem:neq; lugendam eſſe:nec aduerſitatis cognomentū promereri. Nam ſunt qui diffiniant exiliū:quaſi extra ſolum patrium. At Socrates cū quæreretur cuius eſſet:mundanus ſum reſpondit:declarat hoc reſponſo:non eē uirum grauem atq; doctum alicuius urbis terminis regionibus ue finibus circunſeptum:ſed in uniuerſum orbem poſſe aperta fronte ſummaq; cum laude progredi. Itaq; recte Cicero non eſſe interminandū illis ait exilium :quibus urbs una circunſcripta non eēt:ſed omnis orbis foret patria. Iure igitur Hercules argiuum ſe dixit. ſubditq;:ſed omnia græcia mihi patria eſt. Quod ſi recte metimur uitæ noſtræ curſus diligenterq; intuemur unde uenimus quo ue pergimus:intelligere manifeſto poſſumus: nullam eſſe uobis in hoc orbe patriā. Quod ſi recte nos nouimus ut Apollo monuit. ex cælo ſumus in terris miſſi:ut per eas peregrinantes in cælum deniq; rediremus:ubi uera eſt nobis patria. Nonne ubi parentes hominū ſunt ex quibus ueram expectant hereditatem:ibi patriam mortales eſſe dicunt. Nam & huic patriæ Chretenſes cenſuerūt poſt ſuperos nos prima de

bere iura:Sed deus oi͂um bonoꝝ parens ē:quos ſibi heredes futuros eſſe ꝓ miſit & ĩſtituit coheredes Chriſti.Eã igiť ſanctã ciuitatē de qua abunde locutus ē diuus Aurelius:debemus nobis patriã affirmare & ab ea ne exulemus:oĩ cura ꝓuidere.Nec.n.illo exilio uel inuidis teſtibus uel iniquis iudiciis cõdẽneremur:ſed hoc orbis exiliũ nemo ſapiẽs alicui⁹ extimat precii:ꝑſertim cũ apud ĩdoctos nunq̃ magnificati fuerint uiri clari. Exulauit Alcides q Græciã oẽm ſummis affecerat ornamẽtis.Eiectus eſt Lacedemon Lygurgus q eã tã ꝑclaris egibus ĩſtituerat Athenis pulſus ē Solon q tradiderat populo iura quæ ſequerenť pulſus Alchybiades: male habitus milciades: male Pericles.Roma:uero romulũ cõditorē ĩteremerunt. Camillũ fecerũt exulē ĩgrati fuerũt ĩ Scipionē.In Tulliũ ĩ pleroſq; alios quoꝝ nomina prolixius eſſet q̃ utilius dicere.Sed quot uiri ꝑſtãtes ꝑ deũ ĩmortalē habiti ſunt extra natale ſoliũ ꝑſtantiores q̃ domi:Nam Lucinius dimiſcis uolſcis:hebitus ē Romæ rex tarqni cognomẽto Pitogoras uero Ariſtoteles & Tullius & Naſo & Maro extra domũ primã floruerũt & claruerũt.Cadinus longe e patria thebas cõdidit.Marius arpinas natus Romæ uir magnus factus eſt. Neſcis raros ĩ patria pfectos eſſe:obſtat ĩuidia.obſtat ãbitio obſtat cõpetitio.obſtãt cõtẽtiões&c.quæq;:qbus uulgus miſtris utiť aduerſus ſapiẽtes: nõ ē igiť dolẽdũ tibi qcq̃:nec cẽſendũ amiſiſſe te p̃riam:q̃diu & uirtus te comitabit:& uirtutē fama ꝓſequeť & famã attinget ĩmortalitas tui nominis. Hæc quotiẽs cogitabis:totiẽs arbitraberis hoc pacto fauiſſe tibi ſuperos:& iouē tuæ rei optimæ cõſuluiſſe. Vale.Ex Mediolão tertio nonas decẽbris.

Sinonima conſolatoria pro exule.

Ne feras graue exul eſſe.
Fer æqua mente tuum exilium.
Ne doleas ꝙ urbe careas patria.
Non ſit tibi difficile exulare.
Non eſt extra patriam:cui eſt uirtus.
Non debes te exulem arbitrari qui ubiq; ciuis es.
Patria carent mali:tu uero ſemper es in patria.
Terabilis eſt tibi exulatio ab inuidis & malignis.
Vbi tibi bene eſt:ibi patriam eſſe cenſeto.
Ne duças te exulare alicũde cum tua uirtus nunq̃ poſſit exul eſſe.
Fac ut ſis aĩo cõſtanti ſic extra urbē honorãdus:ut in urbe pollẽdus fueras.
Tunc te exulem duces cum fama gloriaq; priuatus uiues:
Patria tua cælum eſt quo uirtus aſſidue dirigit atq; ducit.

Quintus Titulus.

Gratulatoriæ familiaris.

a Ccæpi te prætorem florẽtiæ urbis deſignatum eſſe.qui te ad id muneris delegerunt:nequerunt non eſſe uiri omni laude cumulati.

Id ea ſũ aſſecutus cõiectura:qđ afficiũt mirifice ſuæ pr̃iæ.Curauitq; dilige
ter qcqd ad ei⁹ attinet dignitatẽ & ornamẽtũ qd.n.dignius & ornati⁹ ĩ ciui
tate bñmerita dici põt:q̃ iuſticie munus nõ p̃terire & eius hẽre maieſtatẽ añ
oculos:officiũ aũt huius q̃ uirtutũ mortaliũ ẽ excellẽtiſſima:ĩ te cõſiſtit ĩ pri
mis:ut bonus & fortis p̃toris ſuũ cuiq; tribuat.& alios ad uirtutes alliciat ꝓ
poſitis p̃miis:alios deterreat a ſcelerib⁹ pœnaꝝ metu:Quãtũ aũt in oĩ tua
uita fueris p̃ſtãs æqtateq; ĩ oĩ tuæ uitæ actiõe ducẽ ſecutus ſis:nec nũc expli
cabo:ne gratulãdi loco ad laudatoriã accedã epiſtolã.Vnũ auſim affirmar̃
cõſuluiſſe florẽtĩos reip.ſuæ nõ temer̃ nec ĩprouide ſed accurar̃ atq; ſtudio-
ſe.Eũq; ſibi delegiſſe p̃torẽ:cuius & æqtate maximã utilitatẽ ac urbis ãpli-
tudinẽ:& digniſſima cõſuetudine ſũmã ſint iucũditatem aſſecuturi.Scio q̃
oderis nefandos:& quãta ſeueritate criminũ auctores uelis plecti:ut poſſis
iure & merito cato quodã cẽſorinus appellari:& nõ iniuria ualeas ĩter eos
cẽſores numerari quos uerebãt ẽt ipſi urbis prĩcipes:hoc aũt tuæ mẽtis ĩſti
tutũ qs nõ niſi ĩſanus põt nõ unice cõprobar̃.Nã iccirco gen⁹ humanũ ad
ĩcolẽdas urbes ĩductum ẽ a ferina illa libertate:qua prius uiuebat ĩter ſiluas
& latibula:ut muniret̃ mœnibus:& p̃toris ſagacitate iuſticiæq; defenderet̃
illeſum.At ubi tu es æqtatis miſter:ibi eẽ cẽſeãt herculẽ:q & mõſtra plectat
& tyrãnos.Cũ bonis aũt q̃ familiarit̃ agis:q̃ human⁹ es:q̃ facilis arte & ſua
uitate loquendi:& grauitas ſñiaꝝ.& oĩ deniq; uitæ curſu q tecũ uel publice
uel priuat̃ qcq; agit:fatet̃ ſeſe neſtorẽ audiuiſſe.Vlyſſemq; cõſuluiſſe.O igit̃
benefactũ & prudẽtiſſime urbi florẽtinæ cõſultũ.Itaq; & florẽtinis q talem
ſint habituri p̃torẽ:& tibi q tãte præfuturus ſis rei.P.ſummopere gratulor:
cupioq; uos fieri quotidie fœliciores ut laus utrorumq; promulget̃.Vale.

## Familiariſſima Gratulatoria.

g Ratulor tibi mirifice:ꝙ mas tibi natus ſit filius:nec tibi ſoli gratu-
lor:ſed pr̃i tuo uiro grauiſſimo:& matri fœmĩe pudiciſſimæ & cõ-
iugi tuæ mulieri caſtiſſimæ:Scio enĩ uos oẽs hac puelli natiuitate
lætiſſimos eẽ.Nec iniuria cũ & parẽtis & aui ꝓpagatione ſobolis cupiãt p̃-
ter cætera:Lacedemonioꝝ.n.& athenienſiũ ĩſtituto qſq; ſuæ patriæ debet ci
ues & quo plures ei gignit:hoc magis ẽ ab urbe laudãdus:& mulier puerpe
ra quã poſſit maiorẽ aſſeq iucũditatẽ:q̃ nacta ẽ:cũ pepit:Nã & aurelius in-
quit nulla aliã de cã nubit mulier:q̃ ut mr̃ fiat.At auus auaq; qua ualent ma
iore uoluptate affici:q̃ ſi ſentiãt ĩ ſucceſſoꝝ diuturnitate:ſui nominis eterni
tatẽ.Iure igit̃ ex Cornelia familia ſcimus minore cognomẽto nõ fuiſſe ge-
nitũ ſed ex emilia ortũ adoptatũ eſſe ĩ Scipionis domũ:ne genus illud labe
ret̃.Idẽ ĩ fabioꝝ genus ſcriptũ eſt.Idẽ de Octauio legimus.Idẽ de Nerone
Idem de Othone ac pleriſq; aliis.Neq; enumerare eſt neceſſe:q̃to fœlicio-
res aliis ſint qui ex ſe natos uident nepotes.atq; filios.Iure igitur uobis om
nibus ita gratulor:ut intelligatis hoc munus æque mihi iucundum eſſe ac

ſi cælitus meæ domui contigiſſet: Vale.

Grauis gratulatoria.

Vod tandē tibi fortuna fauere cœperit audiui plibēter Spes .n. pōt eſſe bonis in omni ſua: q mirifice deſperabant. Nā ut illud eſt apud Ciceronē. Cū bonis bene fit: bonis quoq; reliquis bene ſperādū ē. Lactantius autem perpulchre docet bona ſibi fundamēta uirtutē cōieciſſe: cū premia reddebātur bonis artibus: Torpeſcunt enim ingenia & rigeſcit mens bona cū uidet ſuæ laudi nullū eſſe locū. Iuxta enim Tullianum illud Honos alit artes & oēs ad uirtutes incendit gloria. Pecunia uero & reliqua fortunæ bona. quæ uirtuti ſuppeditant neceſſarios uſus. Et ſunt ut inqt Ariſtoteles ad exercendas uirtutes īſtrumēta ſi præſto nō ſunt laboribus iuſtis debilitanť & eneruanť ingenia: Qui obrē & Pitagoras & Plato & pleriq; philoſophi tū ſuis ſtudiis oēm operā adhibuerunt: cū curis familiaribus caruere. Quare & Martialis iure inqt da mœcenates nō deerūt flacce marōes Vnde & illud Iuuenalis qđ ſi uirgilio & cætera: Merito igiť Perſius ait ꝙ ſi doloſi ſpes refulſerit numi coruos Poetas & poetridas picas cātare credas p pegaſeū melos nec ſine ſūma diligētia accuratiſſimus ille poeta Virgilius ait. Si te fata uocāt. Nā auctoritate Iuuenalis illud uerꝫ eſſe cernit: haud facile emergūt: quorum uirtutibus obſtat res anguſta domi: Hodie uero nemo bonis doctiſq; donat. aut pauperes cōtemnunť & quantū qſq; ſua nūmorū ſeruat ī arca: ut dixit Satyrus: tātū & fidei. Quare cū uirtuti fortūa fauet mirifice gratulādū eſt & gaudendū nobis: q eadē ut tullius ait in cā uerſamur: qua & tu olim. uideo autem ſimilitudinem quandam tuorum cum temporibus meis: ut quando tu poſt. diuturnos labores donatus es mercede Idētidem mihi ſperandum eſſe ducam Cœperam enim torpeſcere: exiſtimare q; nuſq̄ eſſe uirtutis adminiculū īplorandū quippe qui uiderem in illa Oratii tēpora incidiſſe: cū inquit O ciues ciues quærenda pecunia primū: uirtꝰ poſt nūmos. Recte igiť Iuuenalis illud diuitiaꝝ maieſtas & ſi funeſta pecunia tēplū nondū habitas: nullas nūmoꝝ ereximus aras. Nā ut eruditiſſime Ouidius cōplexus ē: Crede mihi miſeros prudentia prima reliquit: Et ſenſus cū re conſiliūq; uenit. Iacebas infimo ut aiunt: nec tibi ſuccurrere laborāti: nec aliis abs te auxiliū poſtulantibus fauere poteras. Itaq; ſordeſcunt oīa rubigineq; cōtabeſcunt: qbus fortuna præſto eſſe nō ſolet. ita enim ager & ſi natura fœcūdiſſimus: uberrimoſæ: ſi colereť fructus pariens ubi negligiť atq; deſertus eſt ſilueſceř ſolet: & emanſueſcere: ac adeo arere ut niſi refoueatur atq; ſtercorizeť: ab eo nihil plane ſperandū ſit. Nunc uenit in mentē illud tēpus: quo me cū lachrymis nōnunq̄ ad cōmiſerationē ꝓuocabas: & fortunam tuam deplorās quæ foret abiectiſſima: & meam longe inferiorem ubi communem exiſtimans: a qua nequires adiuuari. Licet nunc iiſdem uti lachrymis pro me ipo. In hac erga tuā fœlicitatē gratulatione: rogareq; ne

me deſeras: nec me iacere diutius affligitq; tantopere patiaris. Nam iſtam ī e fortunæ cōſuetudinē & ſi fortuna duce collatam uideo eſſe. prudentia tñ ua uirtuteq; ſingulari ductā & q̄ſi coactā eēſeo. Eſt. n. in cāpo ſatyricū illud nullū numē abeſt ſi ſit prudētia: ſed te nos facimus fortuna deā cæloq; Ioca mus. Iure igitur Cicero Stoycorum ſententia fretus: Omnes ſapientes inq̄t diuites eſſe: Et Plato uoluit uirtuti ad bene beateq; uiuendū deeſſe nihil. Sed ſi peripateticorum nos auctoritas admonet. Eruditiſſime dixerūt fortunæ bona ad uirtutes exercendas & amplificandas plurimum afferre adminiculi & uæhementiſſime neceſſarias eē. Nūc igit̃ memini me apud ueteres ꝑcurriſſe: Pithagoram Carneadem Democritū & pleroſq; alios tunc cœpiſſe omnem operam adhibere philoſophiæ: cū & curis uacauere familiaribus & rebus affluxere ad uiuendum neceſſariis. Quis enim quem domeſtica cogat egeſtas: in gradiorem poteſt uirū euadere: Non ab re ſcriptū eſt: Pectora noſtra duas nō admittētia curas: Tunc & Demoſthenes Athenis Demoſthene fabro natus Et Cicero arpinas Romæ magnificatus eſt. cū diuitiæ ſuppeditarunt otium. Iccirco ſatyricum extat illud: quid Tullius an ne aliud q̄ ſydus & occulti mirāda potētia fati. Quod ſi Boeti⁹ ī noſtra poteſtate ſitū eſſe uoluit: qualem fortunam fundare malimus. Luget & ipſe tamē ſuoꝶ aduerſitatem temporum: & fatum inquit eſt inherens imobilibus ſeries qua diuina prouidentia ſuis quæq; nectit ordinibus: caſum a ūt deſinit eſſe inopinatum rerum euentū. Quamobrē & occurrant oportet ītempeſtiua importunaq; mortalibus plurima: quibus & cōculcētur & ſuffocentur interdum & rurſus cum dulcia non meruerit qui amara non deguſtauit Poſt pharmacū eſt ualitudo expectanda: & poſt tenebroſas procellas ſeneriſſima ſperanda tempeſtas. Quar Virgilius ut doctiſſime cūcta. Eneam īducit ſocios hortantē dicer̃, cogit: uos & Scylleā rabiē: uos & Sciclopea ſaxa experti reuocate animos mœſtūq; timorē ponite forſam & hæc olim meminiſſe iuuabit. Et rurſus paulopoſt: ꝑ uarios caſus per tot diſcrimina rerum tendimus in latiū Sedes ubi fata quietas oſtendūt: illic fas regna reſurgere Troiæ. In hoc tu tp̄s iā ꝑueniſti: nec in illud incidiſti Iuuenalis: Durate & uoſmet ſeruate Cicadis. Expectationi tuæ datus ē deniq; modus & tuarū uigiliaꝶ ſolēnē faſtū es conſecutus. Gratulandū eſt igit̃ tibi mirifice: mihiq; ac cæteris bonis oībus ſperandū in otius: quo tua īterceſſione tua diligentia tuo erga bonos ſtudio ꝓciū ſimus noſtræ ſedulitatis īpetraturi: Erāt uenalia quecūq; appetebamus. diminui uēditione nihil poterat. Si diuites alloq̄bamur Sphinges adhibamus. Diſtichū aut tetraſtichū nō erat edēdū Martialis more: ut inde ſperaret̃ aliq̄d. Et lucerna ſimul & papyrus terebat̃. Reſpirarūt: ut uideo: bonæ litteræ: q̄ñ tibi tradunt̃ uirtutis ꝓmia. Vtinam hāc fortunæ acceſſionē ī te fortuna accumulet: ut queādmodū nūc gratulamur tibi. ſic īſtar tuæ ꝓgreſſionis ꝓximus nobis unice gaudere. Fœliciter

nūc uiuis. beatiſſime tūc uiuemus Eritq́ gratulatio hæc eo cōior. quo ꝑpē-ſius oēs ad uirtutē ſtimulabit Nam ut Ciceronis extat illud: Honos alit artes tu bene uale. Ex Mediolano pridie Calendas Decembris.

Sinonima gratulatoria.

Tibi unice gratulor.
Mirifice tibi gratulandum arbitror.
Tibi gratulor ſupra modum.
Nunc tuæ fœlicitati quis non gratuletur.
Nemo eſt: cui hoc tempore: q̄ magis tibi gratulor.
Haud facile poſſem exprimere: q̄topere tibi gratulor.
Quāta ſit mea ī re tua gratulatio: nec ꝓlixiore qdē epiſtola exprimeretur.
Perinde tuæ gratulor uoluptati: ac ſi meipſum attigiſſet.
Tibi uni præcæteris omnibus ac tempeſtate plurimum gratulor.
Gratulandū tibi eſſe duco tam uæhemēter ut nihil ad cumulū addi poſſit.
Adeo tibi gratulor hac audita fortunæ acceſſione ut nihil me uoluptuoſius audire potuiſſe cenſeam.
Cum primum accepi q̄ fœliciter tecum actū eſt: ita geſtire cœpi: & tibi gratulari: ut mei non uidear eſſe compos.
Quod tā ꝓſpere tibi ſucceſſerint oīa: & gratulor admodū & exulto: quippe qui mihi & bonis omnibus non parum eſſe fructus ſperandū arbitror.
Si uis q̄ tibi gratuler intelligere: q̄ tu tibi gaudeas perſpicito.
Tu uoluptas mihi commiſſima eſt.

Titulus ſextus.

Inuitatoria ad amiciciam familiaris.

i N oī humanæ uitæ curſu id præcipue cōſiderādū eſſe arbitror: qd amiciciæ uim cōplectit̄. Id. n. eſt noſtro generi uæhemētius neceſſariū quo mentes hominū iiſdē iungant̄ officiis ſtudioꝝ: eademq́ beniuolentiæ ui. Quod niſi nobis alios amicicia cōciliaret: niſi amoris caritate quadā teneremur ut ita dixerim irretiti: qbus nos uel legū: uel cōſuetudinis uinculis aliis deuinceremus: aut qcq̄ uſui nr̄o ſuppeditaturos eſſe cæteros cenſeremus Sed qm̄ ea eſt prima qdē amiciciæ rō: ut rō honeſtatis cā ſibi uniant̄ aīorum uires: Prima quoq́ ac optima eſt amicicia quæ uirtutis gratia fundata ſit: radices (ut aiūt) ꝑpetuas ī feraciſſimo ſolo ꝓpagatura. Ad hanc cōſueuere uiri boni ſeſe mutuo inuitare. Quare Læliū Scipionē inuitaſſe legimus: ut ſe amaret. Hoc exemplo & ipſe productus ſum: qui tua uirtute ſingulariq́ doctrina pollectus te inuitem: ut me nō ames ſolum: ſed pientiſſime complectaris: & ſinu foueas. Nihil erit mihi gratius q̄ ut ītelligā abs te amari. Ego autem pro mea uirili non amabo te modo: quem qui nō amet: ille ſaxeus penitus ſit. ſed obſeruabo quid obſeruabo dixi obſeruo: ac colo ꝑ ea q̄ in te uirtus eſt quouis homine bn̄merēte digniſſima: quæq́ præ

LCI/CCC

clariſſimum uirum referente. Nam q̄tus ſis totus iam orbis terrarum ī ſtar
miraculi narrat: cuius ſplendoris tuæq; laudis partes: ne uidear aut aſſenta
ri: aut adulari: faciam in præſenti miſſas: ad idemq; redibo: quod initio cœ
pi: non eſſe tibi negligendum: ut ameris: ab eo præſertim: qui & ſi tibi ad
iumento non ero: laudi certe ſemper ero. Quare fac ut me ames mutuo Be
ne uale. Ex Mediolano tertio calendas Decembris.

Inuitatoria ad amiciciam familiariſſima.

q Vantus ſit tuæ uirtutis ſplendor: una eademq; oīum accepi uoce: nec
potui: nec continuo in te diligendum & amandum incendi ac inflā
mari. Sed quia nihil eſſet in uita fœdius: q̄ eſſe in eū ſtudioſum: qui
ſtudio non delectaret̄ alterius: cupio ſummopere: pari me beniuolentia ꝓ
ſequaris. Nihilo ſum. n. tibi poſt hac unq̄ defuturus: qd̄ & ī mea ſit faculta-
te: uel opera. Vtere igit̄ deīceps me: fortuniſq; meis æque ac tuis oīb⁹. Tūc
me mihi plurimū ſatiſfaciſſe cēſebo: cū tibi ulla ī re maxima ſatiſfecero. Sū
adeo tuæ deditus famæ: ut abs te diligi plus appetā q̄ qcquid reliqui diui-
tiarum cupidi uel gloriæ ſibi ducunt ornatius ſublimiuſq; appeti aut conti-
gere poſſe. Bene uale: Ex Mediolano quarto Nonas Decembris.

Inuitatoria ad amiciciam Grauis.

Vm reliqua ꝑpulchre ac unice dicat erudite Cicero tum id ī primis
c amiciciā præſtantiſſimi genus ad humani generis cōſeruationē in
uentā eſſe: quæ ſimilitudine quadā & moꝝ & ſtudioꝝ ſepta & uelu
ti circumulata bonos aīos deuinceret: atq; tueret̄. Quod ſi Ariſtotelis teſti
monio: nō ſecus inter uirtutes iuſticia ſplēdet: ac lucifer aut heſperus īter ſy
dera: qd ꝑclarius amicicia: quæ iuſticiæ primū atq; ꝑcipuū cōplectit̄ & mu
nus & officium. Plutarchus. n. ubi uæhementius iuſticiam laudauit: quæ a
Catone deffinita ē. Animi habitus: cōmuni utilitate ſeruata: ſuā cuiq; tribu
ens dignitatē. Hæc dignitas inquit ī amicicia ſolet īprimis diſtribui: diſtri
butaq; cognoſci: ſine qua nō ſolū nō uiuerēt homines ī cœtu: ſed ēt uiui ab
officio longius diſtraherent̄. Quid iucundius ī uitaq; ſuauius: & humano
generi optabilius: q̄ habere quibus & domi utamur & foris cum quibuſq;
de noſtris cōmentemur uel uoluptatibus: uel doloribus a quibuſq; uel col-
lachrymantibus uel conſolantibus recreemur atq; reficiamur: Sumus ī hoc
orbe peregrini. Quid autem carius eſſe ſolet peregrino: q̄ ut comites habe
at cū qbus & itineris ſibi ſorte eſſe cōem cēſeat: & de iis fabulari poſſit inter
dū: quæ aut utilitatē afferāt aut difficultates diminuāt. Vide quāti ſit ſocie-
tas facienda: ut uel Eneas iſte troyus. quos habebat famulos atq; miniſtros:
appellat ſocios: Inqt. n. apud uirgiliū. O ſocii neq;. n. ignari ſumus añ malo
rum: Quod ſi quis dixerit in illis non fuiſſe uerū amiciciæ genus: quod ſi-
mulationem diſſimulationemq; nō admittit: cum Eneas ſimularit illo Ma
ronis carmine: Spem uultu ſimulat: premit altum corde dolorem: reſpon-

detur iis caſibus amiciciæ paratam eſſe ſimulandi licentiã cum amicis :qui bus amicorum illud figmenti genus cõducit ſuccurritque neceſſitati. Nam ſi patri filius:qui aberat in caſtris:interemptus eſſe dicatur cum primum ca ſtra dicũtur fugata:gladius parat̃ quo ſe iuguler. Quod ſi amicus rem diſſi mulat ad diem:quæ ut Terentius ait hominibus adimit ægritudinem:eo reſeruabitur in tempore quo quidem minus moleſte feret patientiuſq; to-lerabitur:Has habet & multo plures amicicia uires:qua ſublata:uiuendi rõ ĩter homines corruat eſt neceſſe. Solis uiueret̃ belluarũ ferino quodã ritu: nec coniugia celebrant̃:ut ait Plato:nec ĩcolerent̃ ĩ ciuitatibus domus: nec ullis uel legibus uel moribus locus eſſet: Amicicia hæc homĩes ut Theofra ſtus inqt:ſua ſponte ſubdit iuris æquitati:ut q ſeſe ĩuicem colerent:honeſta tem non effugerent. Hinc domicilia ſunt effecta. Hinc coniugia celebrata. Hinc religioni cœpit opera & induſtria diligens adhiberi. Hinc affinitates agnationes. cognationes neceſſitudineſq; prodiere:ſed ea ẽ ſingularis ami-ciciæ uis ut Senecæ placet:quæ a uirtute hominumq; gloria ſibi principiũ uendicauit. Alia ſunt etiam amiciciæ genera:quæ animorum ſimilitudine ſolent eſſe munitiſſima:qbus idẽ uolũtatis ſatis eſt feruenti ſtudio Nã quæ Plutarchus affert amicorum quiq; paria. Theſeum. & Pyrithoum Achillẽ & Patroclum Epaminundam. & Pelopidam Phi:yam. & Damonem Ore ſtem & Pyladem. Addãtur & his etiam Eurialus & Niſus. Eneas & Acates: non ſingula quidem uirtutis ſunt fundata manibus:quãq̃ ad uirtutem om nia tendunt: Aliis enim fuere generis propinquitates: Aliis ab ineuntibus annis conſuetudo. Aliis aliud quidem in cauſa. Quare cum ætate ſit amor inueteratur. Nec omnis amor laudandus eſt:cũ turpia interdũ ament̃ a ma lis. Quid ſi feruentius longe:q̃ a bonis honeſta. Quanq̃ ego non appellẽ bonos illos:q uel honeſta nõ amẽt:uel cũ amare cœperit non pſeuerent. Eſt n. conſtantiæ perſeuerantiæq; laus cũ in omni rõne bene cõſiderata ut De moſthenes ait:optima:tũ multo laudabilior in amãda uirtute :a qua pẽdet honeſti omni ratio ac diſciplina. ſed non inſipide quod ab homero uſurpa tum eſt poeta dixit:geminorũ mater amorũ:& a ueteribus Cupido cæcus pingitur:quippe a quibus declaratum ſit:ſic ad turpia colenda mẽtes obſcœ norum allici:ut ad honeſta ueneranda clarorum hominũ inuitatur animi: ſed cũ amantur quæ mala ſunt:cæcos amatores fieri: Quo tandẽ hæc om nis epiſtola tendit:quo ſum deniq; puenturus huc pfecto:ut ĩtelligas:ut pri mũ de tua doctrina. de tua moꝝ ac uitæ innocẽtia:de tua in omni re gratia fact⁹ ſum cercior:cœpiſſe me tibi adeo dicari tota mẽte:ut facilius uitæ ceſ ſurus ſim:q̃ huic meæ ĩ te obſeruantiæ. Cupio aũt nõ fieri uox clamãtis in deſerto:cui nuſq̃ reſpondeatur:ut illud eſt Liuii. Opto abs te mihi reſpõde ri:mutuũq; meum hoc eſſe amandi genus:ſine qua qdem cõditione amici cia dici nequit:cũ eã diffinierit Plato:quandã uocandi reſpondendiq; cõu-

LC1/555

nientiam. At Boetius animoꝝ concordantiam: at Xenophon uoluntatis cō formitatem. Itaqꝫ tunc eſſe ueram nobis comparatam amiciciam duxero: cū uocanti te mihi reſpondebis: cū æque me proſequeris diligentia. Cum me obſeruabis: ac te obſeruo: cū nihil uoles quod ego nolim In his ego nuſq̄ ſum tibi defuturus. Nihil qđ ad tuā amplificādā attineat dignitatē: uel obmittā uel ꝑtermittā deerit mihi prius uita q̄ amādi tui & uoluntas & induſtria: ī oīqꝫ re: q̄ meo queā p̄ſtare ingenio mea diligentia meis fortunis: tibi obſequēdi: cui quoties in negotiis qbuſqꝫ maximis & difficillimis ab me ſatis eſſe cognouero factū. Mihi totiens gratulandū eſſe nō ſecus ducā. ac ſi maximā ſim fœlicitatē cōſecutus. At fac cōtra: ut & me ames & nō indignū me uel amore uel conſuetudine tua exiſtimes. Ad hanc te primus amicitiā inuito quam mihi negaturum eſſe te non arbitror: cum & in tua ſit fundata præſtantia: & in tuis ſit laudibus radices propagatura. Non. n. e mēte mea te delebit obliuio. Nullus te meæ memoriæ ſurripiet caſus. Nulla tempoꝝ intercapedo. nulla locorum interualla. Tuus omnino ſum tibiqꝫ deditiſſimus. Bene uale. Ex Mediolano tertio nonas decembris.

Sinonima inuitatoria ad amiciciam.

Cupio plurimum abſte diligi.
Inuito te: ut me ames.
Facit me tua uirtus amiciciæ tuæ cupiditiſſimum.
Tanta eſt tua doctrina ut a te in amicum admitti uæhementius appetam.
Cogit me tua doctrina tui amoris eſſe ſtudioſiſſimum.
Tunc ego me fœliciſſimum eſſe ducam cum me amabis.
Quid ē quod aſſidue religioſius deprecer ſuperos: quam ut tibi carus ſim.
Tantifacio tuas laudes: ut ſi me non indignum beniuolentia tua cenſueris: me ſis habiturus perpetuum præconem tui nominis.
Ego tibi afficior plurimum: ſed ad te meo reſponderi ſtudio poſco:
Nihil expecto diligentius: q̄ ut tibi me iunctum conſtantiſſimo amoris intelligam genere.
Si me amabis: non ſolum amando non me uinces: ſed inuitatus uenies in amiciciam non ultro.
Facio plurimi amiciciam tuam: qua ut me dignum cenſeas te unice rogo.
Da mihi mutuo: ut te amem.
Fac me cognoſcam tibi non iniucundum.
Si uis amari: ama dixit Seneca: quod ut in me ſerues obſecro maximoper̄.
Reſpondebis & tuæ. uirtuti pariter. & amori ergā te meo ſi numero me cō iunges tuorum amicorum.
Facies rem te unice dignam: ſi me amabis a quo mirum es amatus ī modū.
Ne diffugias inuitatus amiciciam meam.

Supplicatoria familiaris.

Ti. ſeptimus.

a Ffecit me tuus hic ſeruus nõ cõtumelia ſolũ: ſed iniuria. Nã cũ pere rẽ: ne in tui finibus agri excedendus mihi fieret iniurius: ea fuit & pertinũcia & inſolentia: ut cũ plurimis in me conuiciis non deſtite rit ab inſtituto. nequiui non ſupra modũ admirari: cũ apud te ſit enutritus: qui & humaniſſimus omniũ eſſe ſoleas & æquiſſimus: At uideo quid inter liberũ ac ſeruũ interſit: quantũ ſyta referat a Romano. Itaq; non tã quæro de nequicia uernæ: q̃ potius te ſupplico nolis hanc illatã eſſe nobis iniuriã. Quod ut te non iuſiſſe fieri cenſeo: ſic de contrario ĩperio continuo reuocaturũ arbitror. Res eſt certe non magni pretii nec cuius utilitatẽ multifaciam: ſed ne uel tu uir optimus uiolare me uelle uidearis: qui ſoles bonorũ omniũ defenſor eſſe: uel hæc bællua ſeſe in ſuis difficultatibus abs te adiutũ iri: credat. Ad hæc aũt: hæc ſi pars agelli meis hiſce prædiis diminueret aditusq; per hanc ad reliquas fieret eius cãpi partes: non poſſet non eẽ mihi detrimẽto maximo. Quæ libera eſt poſſeſſio: pararet ſibi eo pacto ſeruitutẽ: Id q̃ te deceret: procuraſſe opera tui ſeruitute conſidera. ſed quid ea ĩ re ſum longior quã ſolo nutu ĩpetraturũ me ſciã. Oro te igitur atq; rogo: ne feras hunc homontionẽ cuiq̃. in primiſq; mihi uolentũ eſſe. Bene uale. Ex Mediolano pridie nonas decembris.

Supplicatoria familiariſſima.

a Git ĩ urbe tibi patria mea cauſa: nec abiecta qdẽ nec precii mediocris. ſunt aũt primates illi ciues tui tales: ut ex re ſua donẽt nihil: ex aliena plurimũ rapiãt. Ex qbus cũ eo mihi lis ẽ: q̃ ſolet eẽ oĩum peſſimus: litiũq; obſeruãtiſſimus. Ego uero. ut me ꝓpulchre noſti nihil difficilius ago: q̃ lites. Maloq; ĩterdũ de fortũa uſuq; meo nõ nihil cedeꝛ: ut pace uiuã: q̃ anfractu cauſæ: dubioq; litis euẽtu rẽ alienã uel uſurpare: uel q̃rere. ſcio q̃ graue feras: cuiq̃ iniuriã fieri: quãq; ſit mẽs tibi ab oĩ uiolẽtia qdẽ aliena. Te igiꝛ unice ſupplico: des ad eos: cũ qbus mihi agiꝛ: lr̃as qbus eos horteris: malit quod æquũ ẽ arbitrio amicorũ aſſequi: q̃ cauſidicoꝝ aſtutia iniquitateq; per uim: quæ ad ſe non attinent conſequi: ad eos autem: qui forti tenent legens ac arbitrium: commendaticias ſcribas: ut me foueant in iis: q̃ iuſta ſunt. Bene uale. Ex Mediolano Nonis decembris.

Supplicatoria Grauis.

c Vm dedeceat uirũ bonũ qcq̃ turpe ꝓſequi: tũ ĩ primis illud: qd ĩ poſtulãda ſupplicãdaq; re turpi ſitũ atq; locatũ ẽ. hoc enĩ pacto ſe turpiſſimũ qſq; patefacit: & peſtiferꝝ morbũ euitandũ ab oĩbus: cũ nõ ſolũ eſt ipſe malus ut improbat Plato: ſed inuitat ad maliciam alios. Nã ut ait Seneca: Perinde quidem eſt: allicere quenq̃ ĩ perniciẽ: ac orare: ut iniuria fiat. Quid ſi plus peccat: qui corrũpit ad iniquitatem aliquẽ: q̃ qui corruptus eſt: Is enim allexit hunc ad tranſigendũ crimẽ ipſum: hunc animi p

turbatio p pecuniã:ut aliud corruptelæ genus coegit ĩmemorẽ ac improui dũ eſſe ſui: Quãobrẽ & chriſtiana ſapientiſſima fuere uerba: Maius peccatũ habet: qui me tradidit tibi. Quod ſi ab amico poſtulatur aliquid: ea Ciceronis eſt amiciciæ lex habenda ſemper ante oculos: ut ab amicis non niſi iuſta petant: amicorũ cauſa dũtaxat honeſta fiant. Si a principe uero ſupplicat aliqd: debet illud obſeruari Ageſilai q dicere ſolebat: eadẽ a diis & principibus oranda: ſi qui conſtituiſſent exorare: ut nulla cenſendũ eſt nos duplicitate nulla fraude poſſe nos circunuenirẽ deũ: ita nihil debemus a regibꝰ q̃rere: qd nõ omni ex parte præclarũ ſit atq; iuſtũ. Sunt ut ĩquit Herodotꝰ: ipſi principes: naturæ in terris ſimulacra: tantũq; cæteris exiſtimãdũ ẽ: eos præſtare uirtutis omni genere: ſed in primis iuſticia: ut nihil durius auditu ſit ipſis: q̃ ſi qd accipiunt iniuſti quenq̃ appeterẽ. Vt mulier pudiciſſima fert periniqua mẽte quicq̃ audire: q; turpe ſit: rubore p pudorẽ cõficit. Ita princeps bonus nequit nõ excandeſcere: ſi qd iniquũ ab ſe poſci: audit. Vt luxurioſo inqt Auguſtinus caſtitatis uerbũ ẽ offenſio: iniquo uiro recta uia: ſic optimus rex turpitudinis mẽtionẽ execratur: & q ſupplicat iniuſti qp piam ſummoperẽ hũc exoſus eſt. Poſcẽda igitur ſunt honeſtiſſima: cũ ab omni hominũ: genere: tum ab iis ĩ quos tanq̃ ĩ numina ſunt oĩum expectationes oĩum conuerſa lumina. ut ipſi admonẽtur a deo: referẽte pſalmiſta. Diligite iuſticiam qui iudicatis terrã. Ita q ab huiuſmodi iudicibus qcq̃ appetit: nõ niſi: & quæ deceant uirũ bonũ appetat: & quæ ducat a bono principe præſtãda ſibi: ne ſic quid ſupplicerẽ aliud: una ſupplicatione labor fruſtra tẽpus triuerit. Supplicanſq; tũ nihil impetret tum & iratũ ſibi principem reddat. Hæc ego quotiens mecũ animo uolutaui clariſſime princeps. totiẽs abs te quicq̃ poſcere: ſum deterritus: ne forte mea cã mihi nimis indulgerẽ ne ſatis intelligerẽ: eſſent ne quæ ſupplicaturus accedebã: ĩpetranda. Nã ut Ariſtoteles docet. omnis malus ignorans. Apparentis enim opinione boni decipiuntur: q̃ plurimi: q cũ uæhementius erant: ſibi honeſtiſſimam eſſe cãm opinanẽ. Nunc aũt ubi manifeſto cognoui: rẽ meã talẽ eſſe: ut audẽter ſit mihi tuũ ſperãdũ auxiliũ nec ambigo. te mihi fauturũ ĩ re clariſſima: nec mihi ſubuerẽdũ eſſe arbitror. Cũ fratri meo: lis eſſet ampliſſima Romæ uidereturq; ſũma quadã a neſcio quo ſacerdote laceſſitus iniuria: decurrit ad põtificẽ maximũ: eiuſq; obſecrauit ſanctitatẽ: ne qd iniquitatis paterẽ a ſuis patrari præſidibus. acta trãſactaq; ſunt plurima. ĩ idq; tandẽ ẽ deuentũ ut fratris aduerſarius ad te cãm eã oẽm deferri tulerit non iniqua mẽte: ſed ea: ut dixit clanculũ cũ amico: ſententia: ut exiſtimaret: te facile plurimorũ litteris inductũ ſe forte: in id iudicandũ: quod cupit: Vide q̃ iniquus ſit ut nõ modo rẽ malã ab eo ſperet: qui princeps eſt & optimus & oĩum innocentiſſimus. Sed ẽt famã de te iã turpẽ audeat diſpergere ac diſſeminare. At mihi cui notiſſimũ atq; apertiſſimũ eſt: q̃ uel in ipſis promiſſis. Agin te illũ præ

ſtes qui cuidā inſtantius dicenti:at promiſiſti:promiſi quidē ait:ſi iſtud iuſtum eſt.ſin iniuſtū:locutus ſum:non promiſi:nihil uel nuncuel alias uidetur:abs te quærendū accuratius:quam quod æquum non uideatur ſolum:ſed etiam ſit ſupplico te igitur unice:ne quid ille ſuæ temeritati confiſus iactabundus de me audeat:per iniquitatem ſuperato:ſe iactare.Non qui petam:in eū quicq̄ iniuria ſperari:ſed ut prætori cæteriſq; tuis magiſtratibus iubeas:nihil hac in cauſa:per cuiuſquam preces atq; commendationes fieri:ut ſola ſit honeſtate ſatis:nec tabularum ſtetur figmentis nec cauſidicorū maleficiis nec impiorum uel minis uel pollicitatiōibus.Hoc autem ipſum non orarem:ſi tu tibi iudicandi locum ſeruaſſes.At cum in alterius ex prodominis tuis cām hāc traduxeris manus:uereor:ne qd:nō dixerim minus īnocēter minus fiat modeſte ſed ſit aliqs Pericles:qui & manus habuerit & oculos abſtinentes.Supplicandum eſſe duxi:præcipias ſic rem meā ꝓuideri:ut quæri nō poſſim.Bene uale.Ex Mediolano octauo Idus decembris.

Sinonima ſupplicatoria.

Supplico ſis mihi adiumento.
Expecto auxilium tuum.
Cupio te fauere meæ cauſæ.
Nihil eſt quod plus appetam:q̄ auxilium tuum.
Mea cauſa tuo ſolo cupit adiuuari conſilio.
Cum tuus in me conueniret fauor:nihil eſt mihi defuturum.
Habeam te modo propicium:poſtulabo hac in re nihil aliud.
Ex oībus:quæ ſunt uſui futura in hac re mihi te ꝓcipuum aduocatum oro.
Supplicatio mea omnis in te conuerſa eſt.
Mea omnis ſalus a tua ſalute pendet:quam aſſidue in me aduoco.
Pluris te ſolum facio q̄ cæteros omnes:& in meum fauorem obſecro.
Poſco diligentius:ut mihi ſuccurras.
Vnum eſt quod continue ſuperos precor:ut mihi ſis adminiculo.
Nulla eſt orō mea uehæmentior:q̄ ut in meam te rem cōferas adiutorem.
Si fuiſti cuiq̄ aliquando moriger.ac obſequioſus:eſto in mea hanc cauſam officioſiſſimus.
Officium ac in cauſa tuum experiri conſtitui.
Cum habeas me tibi deditiſſimum tu quoq; meis auſculta precibus.
Supplicationem hanc omnem in meam admitte controuerſiam.

Suaſoria familiaris.

Titulus Octauus.

Vpis ab me ſcire:de tua profectione ad extereas rationes quid cenſeam:Ego ut ſummatim rem ampliſſimam perſtringam:tibi ſuadeo ne diuertas a proficiſcendi tuæ nobiliſſime inſtituto mentis:nec ea dubites adire tolerareq; quibus iſti liuiduli:quanq̄ ꝓpinqui:

te deterrent. Nã qđ aiunt te moliſſime domi uiuere garataque iſtic ad uolu
ptatẽ omnia tibi: foris defutura: iſtuc ipſum te ad iſtud iter accingãt ne tor
peſcas inter ſyrenes: neu coruoris illecebris contabeſcas. Nõ enĩ ad ſomnũ
gulã uenereq; nati ſumus: ſed ad labores atq; ſudores: ut gloriã ĩmortalẽ cõ
ſequamur. Delitiæ quas illi dicunt: illorũ ſint proprie: qui belluarũ inſtar:
ut Cicero pulcherrime cõplexus eſt quantũ adeſt q̃tũ præſens eſt: probant:
paululũ admodũ præterita conſyderantes aut futura. Verũ qui uidet ante
ceſſiones tẽporũ rationeq; metitur omnia. Vlyxẽ: de quo dixit Homerus.
Calentẽ dic muſa uirũ qui mœnia Troiæ poſt euerſa ſuæ Et mores homi-
nũ multorũ uidit. & urbes: ut Horatius retulit. Quid animo nobili ac ma-
gno dignus eſt ducendũ: q̃ ut uniuerſum mundũ unã eſſe ciuitatẽ exiſtimet
ut ſacrates ait. At in ciuitate quis uiuit: qui nolit ſingulas eius partes ſciſci-
tari: Facis humaniſſime ſi uiſurus orbis terras atq; nationis in diuerſas ur-
bes terra mariq; ꝓficiſcaris. Nec te deterreat ulla rerũ locorũue difficultas:
cũ multa te magis captura ſit rerũ aſſidue uidendarũ delectatio. Quod læ-
tus eris deinceps domũ rediens: cũ ea quæ uideris diuerſa parentibus ſoci-
iſq; ſerie quadã: ut hyſtoricus enarrabis. Idẽtitẽ Ptolomeꝰ factitauit: qui re-
rũ plurimarũ uſu didicit atq; docuit & aſtrorũ motus: & regionũ diuerticu-
la. Bene uale. Ex Mediolano ſeptimo Idus decẽbris.

## Suaſoria familiariſſima.

T pacẽ cũ fratribus firmes: ais eſſe qui tibi diſſuadeant. nec te quidẽ
u amant illi: nec ſemetipſos. Vt nihil utilius corpori: q̃ ſi cuncta mẽ-
bra ſingulari pace bona conueniant. Ita concordia: ut Saluſtius in-
quit minimæ res creſcunt: diſcordia maximæ dillabuntur Imitemini o di-
ſcordes animi chriſtũ pacis largitorẽ: inquientẽ pacẽ meã do uobis. pacem
relinquo uobis: Quod ſi pietas genus ipſum ad beniuolentiã cogit: omnis
eſt ĩpietas exagitanda: quæ uos uobis rebelles reddit. Nõ poſſunt igitur eẽ
uiri boni qui te diſtrahunt a pace tibiq; diſſuadent officiũ pacis. Ego nedũ
ſuadeo ut pace cũ fratribus uiuas: uerũ etiã oro atq; obſecro malis cum pace
decẽ: q̃ diſcordia mille: cũ illã quiete tueri queas. Hæc ne inquietus tibi con
parare: nec cõparata ſeruare. bene uale. ex Mediolano ſexto idus decẽbris.

## Suaſoria Grauis.

Mnis ſuadendi ac diſſuadendi ratio & argumentatio inde naſcatur
o opus eſt: ut & utile & honeſtũ quod eligitur. cæteriſq; præfertur in-
telligendũ ſit. Omnẽ enim in cõmoditatẽ atq; turpitudinẽ euitan-
dã quis non eſſe ducit: niſi mentis egenus ac ab omni humanitate uæhemẽ
ter abhorrens: Quãobrẽ cũ Plato rogaretur: quid nã ſibi uideretur idipſũ
turpe cũ utilitate coniunctũ: Poteſt ne inquit cũ morte uita cõiungi: aut un-
da cũ flãmis Cicero uero & ſi uoluit poſſe illã utilitatẽ appellari: quæ ab ho
neſtate diſiuncta foret: cũ Pannetio tamen ſentiẽs aliquid dicit utile uocari

quod turpiſſimū foret:ut lucri gratia turpē aut ſordidū ſequi quæſtū: At ut
Theofraſtus expreſſe cōplexus ē. Honeſtas oīs ea eſt:quā primā ſequi de-
bet:q uerſat̄ in cōſultando mox eā utilitatē q̄ ab honeſtate naſcit̄. Nā ariſto
teles triplicia inqt præmia uirtuti cōparata:diuitias honorē & gloriā. Nūc
quærimus hæc tibi cōparanda ſint:qui religionē es ingreſſus: Diſſuaden-
tes iſti negant te qcq̄ eē lucratum:amiſiſſe uero plurima:qui cū diues ī mū-
do fores:diuitiis ceſſeris cū honoratus apud principes:quaſi nō notus in re
ligione uerſeris:cū gloriæ ꝑpetuæ diues:nunc eius nō paup ſolum ſed ege-
nus:ſed mendicus. Audi:q̄ ego ab iſtis diſſentiā tibiq; qbus rōnibus ut pſe-
ueres in delecta tibi ſanctiſſima uia ſuadeam:Hæc uita ut Auguſtinus inqt
uere conſyderantibus non eſt uita:in qua due nos aſſidue torquent ægritu-
dines Platonis ille timor & dolor:ut quādo bene ſit timeamus :cum male
aūt doleamur. Diuitias aūt haſce in argento auro. gēmiſq; cōſtitutas: docet
Tullius non optandas:neq; bonas exiſtimādas:quaꝝ augendaꝝ non mo-
do nos cupiditas aſſidue premit ſed ēt metus amittendarum: Quod ſi uita
non eſt:cur ī mundo uiuendū:ſi diuitiæ non ſunt cur optandæ. An ut Har
pyas quas rapaciſſimas dicunt obſcœnaſq; uolucres:īduamus. At cum ma-
li ſumus:expurgandum nobis uetus fermētū:Apoſtolus nos admonuit:ut
fiat in uobis noua cōſperſio:reiiciendā inq̄ ueterē illā ſpumoſam mucidā-
q; uoluptatis libidinē:ineūdāq; ueritatis uiā:p quā nobis bonæ ueræq; di-
uitiæ cōparantur. Non dixerim:ut cū Aurelio loquar īprobādū argentum
atq; aurum:quæ creauit deus. nulla eſt dei creatura damnanda ſed inuehen-
dum in hominem qui dimiſſo creatore conuerſus eſt ad creaturam:ut illud
Dauiticum extat. Simulacra gentium argentum & aurum. Nam & diuitiæ
& reliqua fortunæ bona perinde ſunt. quod Terentius inquit: ac eius ani-
mus:qui iis utitur. Iure ab Ariſtotele inſtrumenta ſunt a exercēdas uirtutes
exiſtimata. Quamobrem & philoſophiam difficilem ſine rebus ad uiuen
dum neceſſariis: Pytagoras & Anaxagoras dixiſſe perhibentur. & Iuuena-
lis ait:Haud facile emergūt:quoꝝ uirtutibus obſtat rex anguſta domi. Sed
cū in mundo non niſi ad perfruendas uoluptates his utantur diuitiis ut Ti
cium illum præſe ferant:Aut ad ambitionem ut Iſionis Syſiphiq; non ſint
diſſimiles aut ad exaggerandum coaceruandumq; pecuniarum cumulum
nemini obtēperauerit in religionē nō ſit ingreſſus. Ouidianum illud ad dehortantes uſurpanas. Nitimur in uetitum. Quāobrem iam admodū adoleſcens præfectus eſt Thauriſco monaſterio: ut de Scipione: cui iuniori lōge ante ſenatorios annos demādata eſt reſpublica: & de Alexādro Macedone: qui tam natu minor tot res geſſiſſe ꝓhibetur. Eam aūt adminiſtrationē Pleriſq; aliis quibus deinceps aſſidue prælatus eſt tā exercuit perhumane mi ac ꝑbenigne: ut admirati ſint oēs. Non multo poſt apud pontifices multos egit maxima: nec in patriæ ſuæ: nec in amicoꝝ negotiis unq̄ defatigatus: eſt nunq̄ laboribus ceſſit: ut iam alter Clearchus uocari poſſet: qui cauſas & amicoꝝ & patriæ præferebat ſuis. Ea tamen fuit ſemꝑ demiſſione ſuæ laudis ut cum uel fiducia ſui quiret: uel ut ſe notum redderet apud incognitos: nunq̄ ſe uoluerit uel laudare: uel in faciem laudari: ne quis poſſet in hunc aſſentator exiſtimari. Q ni imo ſecum ipſe ſi quod laudabat in eo memoria illud in. Apollinis templo ſcriptum: quod ab Homero uſurpatū eſt & Pythaco Mitileneo repetebat. Noſce te ipſum: ſeq; non tanti iudicans: arbitrabatur a Socrate diſcere poſſe. qui ſe diceret unum ſcire ſolū: qd' nihil ſciret illudq; Ciceronis nō obliuiſcebatur: nec natura nouū nec ſcientia uetus repit Tandem in hāc eſt ꝓuectus ſedē ut nō ſolū ſua ſingulari uirtute pepererit amplitudinē: ſed ſuis omnibus hoc eſt nobis: noſtræq; religiōi: ſuæ patriæ ſuis agnatis cognatis neceſſariiſq; ac ꝓpinquis reliquis laudē atq; gloria immortalē. Nō .n. in hanc ꝑfectura ſorte cōiectus eſt: ſed una oīum eoꝝ ſentētia: q̄bus huius delectionis bonus īminebat. Nō hoc loci corruptelis tēptata res eſt (ut ſæpe) nō amicoꝝ ſtudiis (ut aſſidue) nō principū litteris cōmēdatiis (ut ſemꝑ) at ſola uirtute: ꝓbitate: doctrina: ſapientia huius Lodouici: huius Theologi clariſſimi: huius uiri aīo maximi. huius ſuo cognomento digniſſimi qui ē iccirco de Mōdello dictus q̄m mundū uincens: paruus ſit mūdus uirtutū quaſi theſaurus effectus quem Microcoſmon Bernardus ſilueſter appellauit. Huius nūc regimur & gubernamur claritudīe: præceptis ac inſtitutis. Habemus quem imitamur uirū ꝑſtantiſſimū. Philoſophū & doctrina & moribus. Theologū optimū partē innocētiſſimū. pientiſſimū religioſiſſimā. cuius quotiēs per ueſtigia ꝓcedemus: totiens nō errabimus. Quod ego ꝑ me decreui uos hortor: nō recuſetis: cunctis unice conducturum. Ex Mediolano. xvi. Lalendas Februarias.

Sinonima Laudatoria.

Hic uir eſt dignus uiri nomine.

Summa eſt huius uirtus.

Nullam uirtutem hic minus tenet:

Omni laudi æque hic operam adhibet.

Vt domeſtica iuuenis ātecellebat cūctos: ſic nūc prudentia præſtat oībus.

Hic nullius ē ꝓbitatis: præter cæteras particeps: ſed oēs tenet mediocriter.

LCL/CCC

In omnia uirtutum genera Curius eodem habet pacto.
Tantus eſt curius:ut diuinus poſſit potius:q̄ humanus appellari.
Virtus curii ut eſt admirabilis:ſic incredibilis.
Ad hũc diuino ſunt munere:omnium delatæ uirtutes.
Qui uelit huius proſequi laudes:laboret infinitum.
Nemo uel diutius ſcribẽs calcẽ attigerit laudum huius enumerandaꝝ.
Maxima eſt de huius uirtutibus apud omne humanũ genus admiratio.
Facit curii ſãctimonia:ut ĩ eo laudãdo uiris uel eloquẽtiſſimis uerba deſint
Qui ſunt in cæteris copioſiſſimi oratores:in laudanda huius uirtute obmuteſcunt.
Apliſſimus eſt proſequendæ tuæ uirtutis campus.
Non poſſum non te fœlicem hac uirtute iudicare.

Titulus.xxii.

Vituperatoria familiaris

t

Vrpe uideri põt:huius mali atq; pnicioſi hoĩs uitia inſeq. Sed hoc habet prudẽtia:Ciceronis definitione:ut rerũ bonaꝝ malarũq; ſit ſciẽtia. Veritas aũt Caldæoꝝ definit̃ aſtronomoꝝ uerbis:p quã q̄ fuerũt:ſunt aut futura ſunt:ĩmutata dicunt̃. Quãobrẽ & prudentẽ oportet tã mala ſcire:q̄ bona:ut ab iis caueat:hæc ſequat̃:& q ueꝝ ſeqt̃:rẽq; ut eſt ſic explicat:minime peccat. Nõ inuehor:uera ſequor. Eſt ille nebulo tã mentis inops:ut nihil aĩaduertat:oĩa intẽperate ſimul & inſolenter efficiat. Vacat libidini:pluſq̄ poſſit:uiolatq; in hoc naturã:ut crapulã admittit huius ampliandæ gr̃a. Teſſaræ ac oĩ tali generi adhibet oẽm operã. A uirtute uero tã ẽ alienus:q̄ a cælo refert tellus. Hõ eſt(ut paucis agã)p uetiſſim⁹:ebrioſiſſim⁹:emẽdaciſſim⁹ ſceleratiſſim⁹. Adeo delectat̃ decipiẽs aliquẽ fraudãs decoquẽs ut ĩde ſũmũ ſe bonũ eẽ cõſecutuꝝ exiſtimet. Fur ãt ẽ diligẽtiſſim⁹ aut ante rẽ tibi ſubtraxerit:q̄ tu tibi quicq̄ in hunc potueris ſuſpicari. Quare ſi qd es acturus cũ hoc monſtro:ne tibi cenſeas caueri quire:ſed deũ optimũ deprecere:ne hũc ſinat ad te ire. Non recedet abs te ſine tuã uel ignominia uel re perdita. Qui.n.alicuius uident cũ hoc familiaritatẽ:qbus qdem ſit cognitus mirant̃:nec pñt nõ exiſtimare qcq̄ inter eos eſſe flagitii. Quare ſi me amas:hũc abs te abiicere:ne aut incõmodo te afficiat:aut famã tuã maculet. Bene uale Ex Mediolano.xv.kalendas Februarias.

Vituperatoria familiariſſima.

m

Alus eſt Sulpicius:ſed peior longe huius filius:homo cunctis ſceleribus deditiſſimus. Nihil enim hunc flagitii latet:omnia nouit:ac ſequitur quæ nefaria uiderit. Nec gulã excipit:nec uenerẽ:nec furta In homicidiis nõ eſt iccirco uerſatus:quia uiribus nullis eſt:otio dũtaxat aſcriptus & inertiæ Puer huic interminatus:metũ faceret. Sed ut malus eſt ſic & maledicus. Nemini uel murmuribus cedit:uel delationibus. Hinc factũ

eſt:ut a nobis electus monaſterio ac penitus fugatus deliteat:nec certam ha bens loci ſedem uagetur aſſidue:poſſitq; illud Virgilianũ licet diſſimili cau ſa:de ſe dicere. Ipſe ignotus egens Lybiæ deſerta peragro. Europa atq; aſia pulſus. Rem habes. Vale Ex Medioiano .xiiii. kalendas. Februarias.

Vituperatoria Grauis.

Ereor ne plus mihi laboris aſſumã in uituperando Auguſtino ne bulone famoſiſſimo:q̃ ſequi poſſim. Nã ut ſum laudãdi alicuius bo ni cupidiſſimus. ſic ab inſequentibus malis alieniſſimus eſſe ſoleo. Nihil enim magis deteſtor:q̃ malos (ut Diui Thome teſtimonio) eorũ cõ tactu:q̃ſi peſtifera cõtagione:me peſtilentẽ morboſũq; fieri poſſe rear. Ve rum qa nihil eſt tã humanũ ut Terentianus inqt Chremes:q̃ exiſtimare hu mana quæq; ad hoĩs curã attinere. Nolim hic pnitioſius Helluo te fraudet in aliquãq; calamitatẽ pducat. Eſt:n. delator aſſiduus:& cũ delatiõe quidem uaniſſimus:nõ ſolũ mẽdoſiſſimus. nõ delectat̃:niſi ut tygris cruore: cupit: q; ſemp alicui mortẽ pcurare:aut hoĩem cũ quo agit uorare. penituſq; cõſu mere:ut de Lycaone fabulant̃. Quid Cacum uel Procuſtẽ: uel Liſtrigones poetæ deſcribũt:hic eſt illis longe latro maior:& ĩmanior. Verrẽ Cicero ni tupat. Quis hoc uno Verres inuentus ad furta pnior ac ingenioſior. Ha bet neſcio qd primo ingreſſu:inter incognitos humanitatis ac eloquentiæ Sed omnis ea facies uirtutis eſt ad fallendũ ſimulata. Formidoloſus eſt:ut ſi non dicitur extitiſſe:Aliquid admittit in uerbis aliquãdo ueritatis:ut figm tum maiorem faciat fidem. Accipe ſemper ex his quæ dixerit quicquid ſini ſtri potes accipere. Nam dextra fraudem affert atq; dolos. In nulla re. hone ſta hunc firmum aut conſtantem eſſe ducito. Vt eſt oculis aſſidue infirmis: nec cuiuſq̃ os reſpicit:ſed quaſi modeſtiſſimus in pedes dirigit aciem:ſic hu ius mentem fallaciſſimam ducito alio:q̃ quo debet tendere:nihil præſefer re ingenui nihil modeſti:nihil innocentiæ:Poſſem in hoc uno plura ſigni ficare. ſed iis ero contentus:quibus tibi notum hominem eſſe quire ducam Eſt abiectiſſimo quidem genere:a quo non degenerat. Quali fœmine pro creatus:tales fructus affert: perſica inq̃ illa præcoqua: quibus exiſtimauit Aſia Romanos contaminari ac interire. ſed mutatus illis profuit ager. Hu ic nulla uarietas temporum:nulla ingenium diuerſitas:nulla caſtigatio pro fuit. Nam ſemel admodum adoleſcens uirgis eſt ceſſus. Paulominus eſt nu per:q̃ ſuſpenſus. niſi enim intercedebamus:actum erat de fure peruerſiſſi mo:qd' ei condonaſſe non alia de cauſa pœnitet:niſi quod emendari neqt. Aſſidue peior eſt. ſemper immanior. Patrem autem habuit:licet abiecto lo co natum:ſatis honeſtum:& ingenuis moribus:matrem optimam: a qui nus tam eſt alienus:quã nihil ab ſua origine alicuius ſoleat inueniri. Quid Therſitem apud ueteres ignobilem querunt. Hic ille Therſites Achille cretus eſt: de quo Iuuenalis. Malo pater tibi ſit Therſites dũmodo tu ſis

æacidæ ſimilis uulcaniq; arma capeſcas q̃te Therſitæ ſimilē ꝑducat Achilles. Hic eſt parētū ille dolor: quo deſperatione ducti perierūt. Aſſidue hui⁹ audiabant male peruerſe: pernitioſeq; uel dicta uel facta. manifeſtoq; cognoſcebant hunc euaſurꝫ nō eſſe: quin non plecteretur digna pœna cupiebantq; potius mori q̃ eo uſq; uiuere. Hoc primū eſt generis munus: a quo non abhorruit: ut uiliſſimus delectetur & parentū: a quibus plurimū refert ut nihil unq̃ libentius audiuerit q̃ eorꝫ obitū a quibus huius accuſabantur facinora: Hinc autē accipe ſecūdū: quod ab ineuntibus annis uſq; nihil admiſit laudis in cūctis uerſatus eſt ſceleribus ad omne ſe facinus conuertit. libidinē Paphiā cæcū cupidinē ac lyæū ſibi prefecit numina quæ coleret ac uenerare tur. Nulli⁹ rei magis eſt exoſus uim atq; maieſtatem q̃ caſtitatis. īnocētæ ac fidei. Tunc obſeruat quæ promiſit: cū aut res turpia ē & ſibi piucūda. aut fallere uult uæhemētius: Audet aūt omnia modo ſint praua: Nā in bonis (ut Plato inqt ē eneruatus. Accipe nūc tertiū hoc. & crede tibi folium ſibyllæ recitari. nec Apollinis tripodē afferre poſſe hac ueritate qcq̃ uerius qđ ē inimiciſſimus bonorū omniū. in primis tuus. qm̄ bon⁹ es. a quo tibi cauēdū eſſe duco maximopere neqđ tibi paret detrimenti. Bene uale. ex Mediolano. xiii. calendas Februarias.

Sinonima uituperatoria.

Hic uir peſſimus eſt omnium.
Abhorret hic ab omni laude.
Nihil huic eſt familiarius ſcelere.
Cum hoc nebulone uitium omne coniunctiſſimum iudica.
Si recte intueberis: nihil inuenies in hac beſtia laudis.
Eſt hic ut malo ingenio: ita plurimis ſceleribus cumulatus.
Habet hic petulantiam admirabilem: inauditamq; procacitatem.
Quid eſt in hoc homine boni: quid non nefarii.
Paratam hic habet mentem ad ad omne facinus malum.
Tam eſt hic peſtifert: ut peſtilentia etiam uerba conflet.
Neſcio quid tetrius hoc homine dici queat.
In hoc cærte uno cuncta ſunt omnium uitia.
Vt uirtus eſt in Caruca nulla: ſic omne genus uitiorum.
Quo plura in Caruca uitia conſyderantur. eo plura inueniuntur.
Scelera huius hydra referunt: ut uno cognito detegantur plurima.
Sic eſt Auguſtinus nefariis deditus facinoribus ut inde ſe uitā q̃rere cēſeat.
Vt piſces aqua uiuunt: uiri uirtute nutriuntur ſic Caruca oī crimine alitur.

Titulus: xxiii.

Paternalis familiaris.

G⸗ mi fili iucundiſſime: ut afficior tibi plurimum: ita cupio te uirum eſſe præſtantiſſimum. Sed hoc tibi prædico: nihilo te præ...

tione poſſe fieri:q̃ ſi noctes dieſq; uirtutibus incubueris:Virtus enim eſt(
Platonis teſtimonio)quod uſurpauit.Cicero ſola illa:quæ uiros uita mor
tales:diuturnitate memoriæ facit immortales.Que uides ĩ terris:que uul
gus admiratur:pulchritudo formæ.ſinceritas & proceritas corporum (ut
Hieronymus dixit)aut aeris intemperie aut demũ ætatis rubigine cito cor
ruunt.at fortunæ q̃ bona diu ſolent ut apud Baſylium legitur.alearum in-
ſtar ludicra:nunc in hunc traducuntur locum:nunc in illũ:Pompæ cadunt
iuuentutis decus defloreſcit.Hominum in reliquis gloria euaneſcit:in uir-
tute ſemper eſt ſolidior:atq; ſtabilior nec(ut Homerus ſcripſit)uiuos deſe-
rit:nec nõ comitatur luce functos:Solent uiuentibus occurrere multa:qui-
bus ad libidines inuitantur alliciuntur prouocantur. Diſtrahuntur a ſociis
Animantur ab iis:qni maiores natu mali ſunt:Ab æqualibus ſuadentur ad
uoluptates.ſed ſi ſeſe audiunt naturamq; ſequuntur ducem. nihil commit-
tunt ſceleres.Non omnes motus impetuſq; iuueniles improbo.Non pro-
greſſus adoleſcentiæ ſingulos domno.Eius eſt ætatis aliquãdo falli:ut ho-
minis eſſe docet Tullius decipi errare:nec omnia recta intelligere.Verum
poſt culpam ſubeat penitentia:ſuccedat pudor ſeruetur modeſtia. Erube-
ſcat ætatem ætas.Vereatur ſenem adoleſcens:patrem filius:Hec ego tibi
ſeruanda reor:ut & tibi ſis ſuauis & mihi:& tuis omnibus nõ iniucundiis
& apud omnes ea ualeas auctoritate:ac gratia:qua & hic lætus uitam agas:
& poſteris immortalitatem conſecutum te doceas. Vale. Ex Mediolano.
xii.calendas Februarias.

Paternalis famialiariſſima.

n Ihil eſt:quod plus appetam ſuauiſſime fili:q̃ ut bonus ſis:ut inge-
nio ſic etiam uſu.Naturæ fundamenta ſunt in te optima:Ingeniũ
accutiſſimum.Memoria tenaciſſima. Vis animi optima. Sed niſi
hæc exercitatione uirtutiſq; conſuetudine coaleſcunt atq; coluntur: facilli-
me fiunt deteriora:nihilq; afferunt fructus.Cupio ut aſſidue ab iis aliquid
diſcas:& addiſcas:qui te poſſunt non docere ſolum:ſed diligenter erudire.
Nam ut illud eſt Platonis(quod Boetius ad nos traduxit)Qui non addi-
ſcit:Ad hæc autem memineris modeſtiæ ne quid ſupra:quam puerum de
ceatis (& eum quidem educatum ingenue)loquaris:aut de te audeas profi-
teri.Si qud per appetitum & animi perturbationem te ſtimulat:rationis te
cohibeas fræno:cenſeaſq; demum:id eſſe in te plurimum laudandum: ut
ſenior uideare quam iunior.Hoc pacto illud pulcherrime attinges: cuius
es conſequendi gratia profectus in ſtudium mihiq; carior aſſidue fies. Va-
le ex Mediolano.xi.calendas Februarias.

Paternalis Grauis

n On iniuria illud Maro complexus eſt. Omnis in Aſcanio cariſta
cura parentis:& Cicero docuit.caritatem eſſe patria . Nam ex om-

ni officioꝝ genere:nõ cõſuetudine ſolũ & moribꝰ:ſed uel ſola natura duce debet patri filiu pietatẽ:at filio pater caritatẽ. Itaq; apud Homerum. Heſio dũ Orpheũq; filii ſemper erga parẽtes dicũtur eſſe pii:patribꝰ autẽ nati cari iucũdi ſuaues appellãt:ſuis utriq; ut ĩtelligit epithetis. Vt.n.ariſtoteles & oẽs declarãt philoloſophi ea eſt naturæ uis:ut in ſucceſſoribus augeatur. Nec id qdẽ in iniuria:cũ pater ac auus & pro aui ſe ducãt in nepotibꝰ poſſe uiuere:ſuiq; nominis familiæq; propagationẽ ĩ eos pẽdere. Q uãobrẽ & quibus naturales nõ fuere filii:legitos ſibi adoptarũt:ut in eoꝝ manibꝰ & ſi gnis uiuerẽt:familiaſq; cũſeruarẽt Hinc & ab octauia familia ĩ iuliã tranſla tus Octauii filius:q poſſeſſiuo ac noĩatiuo cognominatus eſt Octauianus ubi. C. Iulius cæſar noĩe agnomineq; adoptantis diceret & ex æmyliis in Cornelios adoptiõe traductus ẽ adoptiuus. P. Scipio dictꝰ:ubi priꝰ Emy liu eſſet:quod retinẽs cognomẽto uocabat Emylianus. Tantũ patres filiis qtũ natura debeat tantũ iis læti ſunt qtũ eos nõ forma potius:q̃ uirtute pre claros intelligũt:nec iuribꝰ magis:oĩq; corporis dexteritate:q̃ modeſtia cõ tinentia:oĩq; mentis ac animi tempera mẽto. Illo.n.& leuiſſima bona ſũt uixq; bonoꝝ nominibus digna:interdũq; pleriſq; cõmunia bælluis:q̃ uel cito corruant uel minima utilitatẽ afferãt. Hæc aũt q̃ ad animi ſplẽdorẽ at tinent:eiuſmodi certe ſũt exiſtimãda:ut cũ nullo ualeat cõparari onamẽto: ut Hieronymus ait. Q uid enĩ iſte ꝑfuturus eſt color. quo lilia purpurãq; uincis:& te ꝑſtas polydorum. Hyacinthũ Narciſũ. Hypolitũ:Hilã & Gani medẽ. Q uid iſte decor adiumẽti daturus ẽ:Q uod phœbeus poſſis Cupi dineuſq; dici. Q uid cõfert ad æternitatẽ:certe nihil. Cũ nõ multo poſt ue nuſtas oris:læuiſq; cutis ſit a pilis deformiq; ſqualore obſidenda:exq; par do iã incipias urſus fieri. Nã(ut Baſylius docet)plus obeſt longe ſpecies q̃ floſculoꝝ inſtar:a mane ad ueſperũ concidit q̃ conducat. Accedat robur:& mẽbroꝝ interdioꝝq; ꝑſtãtia:quæ nobis te dicat Eacide ſimilẽ:aut Hecto aut Furiũ referat. aut Camiliũ aut eorũ aliquẽ:cuius tanta uis fuit prælíis. Q uid hæc uires afferunt uitæ noſtræ ſubſidii:qđ agiles fuimus iuuenes: Agiliore Simiæ. Celeriores corui atq; damæ:qđ robuſti:robuſtiores ele phantes:qđ fortes aĩoſi:fortiores aĩoſioreſq; leones. At quid tandẽ:uel ſu peremus hiſce laudibus aĩantia cũcta. quod homines cædimus. carpimus uincimus:in prædam eorum res uertimus. Iſtud eſt:quod ueli nos memi niſſe: uod quidem eſt ab omni humanitate alienum. Diſcimus hoc pacto Martiales fieri. Iaphytas & centauros imitari gloriam militarem nobis q̃re re Q uouſq; tandem hæ uires:hoc robur:hæc ualẽtia nos comitatur:q̃ diu ſtabilia hæc ſunt:nullam profecto ſolidam habẽt ſedem. Nullibi firma di ci ſolent. Nunc intemperies hæc aeris uerbera:ut Aurelius inbilr. nunc in ordinatus cruciat uiuẽdi modus:ut ait Seneca:Nũc minimꝰ labor:nũc otiũ nunc cibus inmodeſtus. nunc libido intemperata:ut Theofraſtus dicit:eri

piunt hæc munera: Deſint ea incōmoda: nō eſt ætatis defutura canices at-
q; rubiao: qui corrodat quaſi teneatas ueſtes noſtra curpora: ut uerbis utar
Gregorii. mēbraq; penitus conſumat eneruata: & enodata. ut Ambroſiāo
utar ſermone. Prudentia uero: æquitas religio. fides. ſanctimonia cætera-
q; huiuſmodi: neq; his: nec aliis debilitantur importunitatibus: ſemper du
rant: aſſidue ſunt meliora: firmiora magis inconcuſſa. Quamobrē mi ſua
uiſſime fili: ne te proſternas ulli fortunæ impetu ne te ſubiicias ullis uolu-
ptatū blandimētis. ne te abiicias ulla rerum mūdanarū deſperationē. Cur
finxit Homerus poeta clariſſimus: Cliſſem in Siculo pelago in Sirenū can
tus iucidiſſe: ac ſeſe malo nauis alligaſſe apertis auribus: cæteros autem nau
tas & uinctos eſſe uoluiſſe & obturatis ariculis: niſi quod illarꝝ audentes cā
tus ſeſe in pontum proiicere nequiret: Erant autem ſirenes mulieres libidi
nibns deditæ: quæ ſolebant illinc tranſeuntes ad oblectationes inceſtas tra
ctos perdere malum autem ratio erat: cui ſe uir bonus deuinci: ne ſe proii-
cias in uoluptatum pelagus: ſed audiat iucunditatem inanē illam ſciatq; nō
ſolum a ſe propulſare ac execrari: ſed in aliis: qui ſuæ ſunt conimiſſi uigilie
caſtigare tam acriter & oportune: ut ſummergi non poſſint. Omnes ut Te
rentianum illud declarat procline a labore ad libidinem corruūt: cum Ari-
ſtotelis arbitrio paſſus: paſſio deterreat omnia natura quidem animantia
doloremq; fugentur at uoluptas alliciat: & in ſuam faciliime redigat pote-
ſtatem· Succurunt in ordine menſæ bacchanales illæ. Sardanapeleaq; con
dimenta conuiuiaq; Neronta: quæ iuueuum mentes cogunt furere ſuiq; ñ
eſſe compotes. Tu uero abſtine mero. Abſtine ab iis odoribuſq; quos ex a
rabum deuchunt ſiluis ex Damaſco Cipro: Creta: quibus operoſa con ſul-
uit ſaties. & ut Socrates admonui paucis minimiſq; naturam eſſe contentā
ede. ut uiuas: nec uiuendum eſſe tibi ut comedas arbitrare. ſed ut diſcas: ut
ſapias: ut aſſidue te uirtutibus exerceas Nec tibi Pithagoricum illud exci-
dat: iuuentibus tam diu tacendum eſſe: q̄ diu didicerint loqui bene ſilendo
ac audiendo. Tuæ uero modeſte quidem exercendo: quæ audiuntur: at de
mum docendo: quæ audita fuere ſimul & exercitata. Quid inſolentius: ut
Plato uoluit: q̄ loqui uelle: ubi ſermonis non eſt ratio: Succurrat autem il-
lud. Ageſilai non eſſe tam indecoram in adoleſcente uultus turpitudinem:
q̄ alicuius motus: aut geſtus: incontinentia. Mendaciorum conſuetudinē
ex qua uanitas oritur: quā uoluit. Tullius oblectationē eſſe mentiendi: pro
hibet omnis philoſophorū ſcola. His nihil addi poſſe præceptis duco pa-
ēnis: qb⁹ mea ī te admonēdo caritas exprimat: niſi ut ſis religiōis amiciſſi
m⁹: fidei obſeruātiſſim⁹: ut dei poſſis: & hoīm amiciſſim⁹ exiſtīari. Quis
enī q deū nō coluerit: nō omni opa īduſtriaq; ſit uenerat⁹ qcq̄ poterit ī uita
cōſeq: uñ uir magn⁹ appelet. ī quo religio ñ ē: ut Cryſoſtom⁹ īqt: ī eo nihil
eē pōt laude dignū. at fides q̄ cōtīet q dā ꝑmiſſoꝝ obſuatio niſi cōſtātiſſie r

guli ſeruet̃ more cogit hoĩem euaneſcere:nec ĩter hoĩes qcq̃ exiſtimari. Fac ĩgit̃ mi fili:ne qcq̃ ex his ꝑtermittas:neu magis haberi uelis:q̃ eẽ bonꝰ. Fucatꝰ.n.color & ſimulata quæqꝫ delabũt̃. Vera ſemp bona ꝑmanẽt:& uiuos exornãt:& mortuis uitã parãt. Cariſſimus nobis es:at multo (ut ait Tulliꝰ) eris carior:ſi meos ñ aſpnabere moditꝰ. Bene uale. Ex Medio.x.kal.Febru.

Sinonima paternalis.

Ego te ad uirtutem hortor.

Cupio te fieri meliorem.

Amplectare ſi me audias uirtutem omnem.

Nihilo: mihi magis gratificabere:q̃ ſi laudi oẽm operã adhibebis.

Tũc mihi multo iucũdior fies:cũ uidebo te nulli plus q̃ glorie uacar̃ ſtudio

Nihil magis deſiderio:q̃ tuæ uirtutis famam.

Fac ut ingenii tui uiuacitatem.cum omni coniungas laude.

Nil decet te magis mi fili q̃ ut tuis te maioribus reddas nõ inferiorem.

Cum omnes debeant ſe modeſtiſſimos exhibere:tũ multo tu magis in quẽ omnem ſunt oculi conuerſi.

Peto abs te in primis hoc:ut te ſtudioſiſſimũ litteraꝝ efficias.

Si bonis te moribus dedicaris:tam ibcredibili nos afficies uoluptate:ut ad cumulum addi quæat nihil.

Viuum me diutius optabis:ubi te uirtutibus totum dedideris.

Vt ſis excellenti laude prædítus omnem exerceo curam.

Tunc me fœlicem exiſtimabo:cum ea te gratia uidebo præſtantem quæ te numeret inter claros.

Titulus.xxiiii.

Maternalis familiaris.

c Vpio te mi fili:ad nos redire incolumẽ. Sed ut id cito fiat:te uæhemẽtius oro:ut uiuã. Nã ſine te uita mihi fit iniucũda. Debes tu quoqꝫ labores mihi meos cõpenſare qbus ſum diutius ĩ te pariẽdo.educãdo.nutriẽdoqꝫ defatigata. Quæ aũt ẽ cõpẽſatio mihi uel carior:uel optatior q̃ ut te uideã:audiã amplectar. Pater tuus uir ẽ.nec eo te aluit dolore ac cura qbus ego ſempqꝫ anxia tuæ ualitudĩs. Propterea is te deſtinat ſtudiorũ laboribus. Ego te mali uiuũ beneqꝫ ualentẽ apud nos eẽ:q̃ iſtic litterariſſimũ in ꝑiculo ualitudinis. Scio qd deſit apud exteros filio meo. Vbi mollia:q̃ hic tibi pare ſũ ſolita. Vbi ciboꝝ iucũditas:ubi otium:iſtic laboras (ut aiũt) ſp. Quid tibi q̃ris mi fili.nũ Herculis Theſei ue labores. Quid tũ:ut moriaris:uelut illi iuuenes obierũt.redi ad nos te rogo:nec patrẽ ſeuerũ audias & crudelẽ. Ita fac & cito. Beue uale. Ex Mediolano.ix.kal. Februarias.

Maternalis familiariſſima.

a Vdio te mi Fili:aliquam diu aduerſa ualitudine laboraſſe nunc autem conualuiſſe. Me miſeram in hũc uſqꝫ diẽ:ea de re nihil mi-

hi ſignificatum eſt.cura per deum īmortalē tuā ualitudinē diligēter ſi mea
non tibi minus eſt ſeruāda uita:q̄ tua. Tuus enī interitus ſine meo nō ꝓce
deret.Scis q̄ te amē anime mi.q̄ cupiā te mihi ſuperſtitē ac tuis oībus:ſi no
cet ſtudiū tibi:deſere qcquid obeſt:& te mihi ſerua ſanum & fac ut te cito ui
deam. Vale. Ex mediolano.viii.calendas Februarias.

Maternalis Grauis:

ſ Cio te mi dulciſſime fili nō latere nihil uſq̄ te matri tuæ carius eſſe
poſſe.Nō enī ab re fictū a poetis ꝓhibēt Cererē tam curioſe Per ſe
phonē filiā inqrere ſolitā:cū per uniuerſam Sciciliā clamaret ī triuiis.Q d
ſi de fili a tā fuit diligēs mater:qd eſt cēſendū de filio matrē cogitare. Doce
enī Ariſtoteles:cur filio magis afficiatur:q̄ filiæ genitrix:qm̄ cū īualida ſit
mulier:ſeſe adiuuare:plus cū diligat:a quo plus ſperet adiuuari.Cū aūt nat
tū non neſciat:patris hæredem fore:qui domū regat:q̄nquidē uir(qui iu-
nior uxore ſolet eſſe moriturū etiē cēſet ocius)in eo ſe totā cōponit:& ab-
eo ſic pendet:ut cū eius incolumitate:ſuā quoq; incolumitatē uidet eſſe cō-
iūctā:Ad hæc aūt:ut plato uoluit:nō minus ad ꝓcreandū maternū concur
rit ſemen:q̄ patriū:ut Deucalionē & Pirrham cōiuges admonuiſſe dicitur
Themis:lapides.hoc ē matris oſſa poſt ſe iacerēt:ut Ouidius poſt diluuiū
ꝓſecutus ē ingens:& maribus nudas oñdit pirrha puellas: Quid qd plus
ſibi ex matre ſumūt pignora q̄ ex patre.Nā ab eo ꝓdeūt ſola ſæminaria:ab
hac aūt non originē habēt modo ſed fouentur.ſed ſanguine:carne:ſpiritu:
neruiſq; cōglobātur.ſed educantur in laboribus & ærumnis interdū pluri-
mis:ut Bernardus inquit:Amat eos igit̄ mater plurimū:ut uel in minimi:
cognoſci beſtiolis poteſt & angit̄ coꝝ cauſa uæhemētius:ut & illud ē Linis
ut gallina ſuos pullos fouet anxia:miluus ne ꝑmat acrius:& animo abſent:
bus filiis nūq̄ cōqeſcit:quare comica ſnīa ſcriptū eſt ꝑſtare:ut eueniunt hoī
bus q̄ cōiuges ſuſpicantur:q̄ q̄ matres:cū cōiuges de illaꝝ uoluptate ſint ze
lotipæ:ne cū aliis gaudeāt fœminis:matres uero de diſcriminibus meticu
loſæ:ne filiis ulla inciderint aduerſa. Nūc me ꝑmūt de te inſōnia mi fili:ut
illud Virgilianū de Didone mihi accidat:Anna ſoror q̄ me inſōnia terrēt:
Nunc ne incideris in itinere in latrones:aut in urbe factioſa in animicicias
aut inter diſceptandū in rixas & a cōtumeliis:& cōuiciis ad uulnera conue-
neris:dubito:uereor.timeo diſcrutior.Scio q̄ magno ſis:animo:q̄ alta mē
te:q̄q; per ætatē forte ꝓuoceris.Ne quem ledas:neu ledaris ab ullo:aſſidue
agito.Ve matri omnium infœliciſſime quid eſſet prius optandum:aut qd
potius non optando periculo:egrotationis atq; mortis.q̄ ut tibi quicq̄ ſini
ſtri.quod auertat ſummus iupiter.accideret.Viue ſic igit̄ apud exteros mi
fili.ut te memineris iſtic ſolum ſine parentibus ſine agnatis & cognatis.ſi-
nē ꝓpinquis eſſe ullis.ut te manchum iudices.ut tibi ſemper metuas:ut poſ
ſis ſaluus ad me redire.Cura dūtaxat ſtudia quoꝝ te cau a iſtuc ſeuerus pa-

ter miſit. Cura ſi potes ſine piculo uitæ ſin id nequis: uitæ in primis cōſule litteras deſere. Satis erit patrimonii. Satis maternæ dotis. Non audis quottidie dei ſeruos improbate ī multis multas litteras: Viue ſimpliciter ac religioſe: deo te quottidie cōmenda. Vtere dei ſeruoꝝ familiaritate. A cōuentibus & ſcolariū cœtu abſis. ualitudinē ſemper cura. Bene uale. ex Mediolano. vii. calendas Februarias.

Sinonima Maternalia.

Caue tuæ uitæ mi fili.
Fac per deum ne tuam ualitudinem negligas.
Eſto de te fili curioſus.
Succurre anxietati meæ: quam de te capio.
Sum de tua ualitudine ſemper ſuſpecta.
Nihil plus appeto q̃ ſemper de te quicq̃ audire.
Te mihi ſerua mi fili diligenter.
Euitato rixas contumelias & conuitia.
Si ſanus ad me redis ſatis te litteraꝝ hauſiſſe ducam.
Sum aſſidue de te in ambiguo: ne quid tibi accidat.
Si me uiuam eſſe uis fac ut tibi omnia pro arbitrio ſint meo.
Quod a ſuperis die noctuq; opto. ꝓuiſte ſp ut omnia tibi bene ſuccedant.
In omni re tua deum aduoca tutorem atq; defenſorem.
Inter omnes curas tuas diuinis incumbe monitis.
Audi me fili & cum ualitudine cito ad me regredere.
Tam te doctū nō expecto q̃ pater modo bene ualeas & oti⁹ huc reuertaris
Queris qd primū abs te ueli: n. ut a piculis caueas quid ſecundum ut ualeas quid teritum ut redeas.

Titulus. xxv.

Filialis Familiaris

e T ſi ſcio pr̄ optīe nihil te mihi cōſuluiſſe. qd̄ ñ ſit oraculo Apollīs ueri⁹ duxi tñ meaꝝ eē ptiū: ad ea. q̃ ſcripſiſti ñ nihil reſpōder̄. Accepi oīs tuas admōitiōes eā ī ſñiam ī q̃ ꝓlate ſūt Quid enī ceſer̄ poſſū de me pr̄m ñ ītelliger̄ lōge meli⁹. q̃ mihi p ætatē liceat. Nō ab re īqt Ariſtoteles ñ eē iuuenē moralis diſciplinæ auditorē idoneū cū uiderit iuuētuti rationē ad degēdā uitā aut nullā: aut puā eē. ſed tua pceptio ñ ſolū patiſſia ſit mihi uia: ut a uitiis abſtineā. ſed ad capeſcēdā uirtutē aſſidu⁹ ſtīul⁹ audiā ut iubes lr̄aꝝ doctores: nec curabo mīus. ut ageſila⁹ īſtituit. eē philoſoph⁹ q̃ ſcire phiam. Aſſequor enī cōiectura ſine moribus lr̄as ꝓdeſſe paꝝ. plurimū āt uel ſine lr̄is bonos mores. Si qd ītērdū erraui tu familiaritatib⁹ a ſcribe peſſimis. Nā ut apd̄ hieronymū illd̄ apoſtoli repit̄ qd̄ ē a poeta uſurpatū Greco. Deprauāt bonos mores colloqa mala uale ex Me. vi. klen. Febas

Filialis Familiariſſima.

n On neſcio q̃ te cruciet mr̄ pietiſſia qd iſtic abſim ī urbeq; uerſer factioſa. uereris aſſidue. ne qd ꝙ nolis accidat. laborar̄ āt me mirū doles. ſed

ne te maceria mr̄:nullo ſũ ĩ diſcrĩe. At neq; labor ē ull⁹:ĩtcõmilitões ſtudio
rũ ec̄:ubi nulla ſit:niſi de uirtute diſceptatio:ſed nec ea cõcertationis inſtar.
Cõmentamur de rebus honeſtiſſimis qq; doctus loquit̄:palmã refert hoc
eſt gloriã apud eos q nos audiunt:ſpero aũt uos me q̄ primũ rediturũ:at ea
laude cõfirmatũ:q̄ pater optet. Interea tu non uegliges:ad me ſæpe de tuo
patriſq; ſtatu deq; noſtrorꝫ ualitudine quicq̄ ad me ſcribere. Vale ex medio
lano.y.calendas Februarias. Filialis Grauis.

Vita paucis es cõplexus pater optime:nec pauciora mater eſt pien
m tiſſima ꝓſecuta quibus ſi nũ obtẽperarẽ:ferre⁹ ſim:& ut apud Vir-
gilium illud eſt:aut duris de cautibus ortus:aut inter harcanas ty-
gres enutrit⁹. Ad matris cõſilia(q̄ omnia in mea curãda ualitudĩe:ſita ſũt)
non multa reſpondi:ne magis corporis ualitudine q̄ in mentis ſanitate q-
renda uidear attentus eſſe:tñ hanc nllo cõficiam dolore:poſt ĩgenii ſtudia:
doctrinæq; ꝑcepta uis mea oĩs ĩ ualitudine ſinceritateq; mẽbrorꝫ cõſtituet̄
Ad ea uero q̄ cumulatiſſime ſũt abs te ſcripta:qd reſpõdeã ald:niſi ꝙ ea ſũ
uolũtate ut nihil negligã:qd tu mihi ꝑſuãdũ decreuiſti:erraui qñq; fateor:pa
tetq;:qd apd Terẽtiũ legit̄ ꝓ peccato maxĩo paululũ ſupplicii ſatis fuit ſed
neq; nimia ĩdulgẽtia:ut hieronymus ĩqt me tibi ꝑditũ eſſe ducas:nec ꝓpte
rea qd aliqñ pepceris uirge filiũ odiſti:nã iis ſũ parẽtibus ort⁹ ut ab iis ne-
queã eẽ degener. Habui te genitorẽ:cui⁹ ſeiaria ſint ĩ me cõiecta natura. ha
beo te ꝑceptorẽ:cuius aſſiſtue ĩſtitutiõe ñ poſſim uſq; errare. Te ducẽ ſeqr.
Te uexilliferꝫ audiã tui herebo ueſtigiis ut uoluptates ꝑ̄mitã cupis ãu eas
admiſi ut deſerã libidĩes iubes an ex mecũ htãt. mirãt̄ certe hic multi ut ĩ tã
tẽeris ãniſ ſĩ a laſciuie ĩpudicicicia oĩq; alien⁹ imũditia:ſed nihil mihi eius
mõi mirabile fit. nã ut illd̄ criſp⁹ recte ĩqt. ubi ĩtẽderis ĩgeniũ ualet nec ge-
q̄ tã difficile factũ ē(ut Terẽti⁹ ait)qd uolñ facile ñ fiat. Decer̄ dicis(cũ era
re ſit hi⁹ ætatis)erubeſcer̄ uiros grauis. ꝑciterq; peccati:qd Cato laudabat
Verũ multo ꝑclari⁹ duco nullã ſubeẽ cãm erubeſcẽdi. ſi ñ peccat̄:nihil faci.
li⁹ ait plato q̄ ſcd̄m uirtutẽ uiuere. teneo mẽoria qd apd Plutarchũ legi. Pe-
ryãdrũ dixiſſe corĩthiũ. ĩuẽi. q ſcd̄m naturã uiuat:nitiũ fieri difficilimũ. Id-
ego ſũ aliqñ ĩ multis uel meorꝫ ſtudiorꝫ familiariſſimis expt⁹ q cũ ĩ pluteo
ſolerẽt bõis artib⁹ uacar̄ qetiſſĩe. Puellarꝫ a morib⁹ ĩter mille diſcrimĩa diei
noctiſq; iactabãt:nec tã erãt pri ſedati dolores q̄ cõcurrebãt cõtĩuo plures.
horꝫ cõ bñ rurſus iterꝫq; rimabar uita ac more cõperiebã:plus eẽ difficulta
tis ĩ uoluptate:q̄ curarꝫ laboriſq; fuerit unq̄ ĩ litteris cõſecuti Ab his didici.
uel ĩ maxĩs negotiis otioſiſſĩe uiuer̄ uel ĩ meis(q̄s diligo)curis liberĩe nimi
rũ(ut ſcipio dicer̄ ſolebat)nũq̄ min⁹ uel ſol⁹ ſũ. uel otioſ⁹. q̄ cũ ſol⁹ aut otio-
ſus. Alloquor eos a qb⁹ tu pater ceteriq; didicerũt omnes bõi. Cum his de
uita mihi tenenda commentor. Hi mihi ante oculos & illos ponunt: quos
ut peſtiferam euitem lucem qui claris maioribns degenerarunt Cicerone

LCI/CCC

ac Hortenſio.& illos:qui clariores atauis uirtute facti ſunt.quos imitor.in ter hos p̄ceptores philoſophos & pientiſſimos tu quoq; multa diſſeris ele-gantiſſime pater:quibus pro uita uirili ſtudioſius parebo. Vale ex medio-no.iiii.calendas Februarias

Sinonima Filialia.

Parebo tibi pater q̃tum in me erit.
Nihil ex iis negligam quæ iuſſiſti mater.
Quod uos mihi parentes præcepiſtis:omne exequar nixu.
Præcepta tua tam mihi ſunt o pater iucunda:caraque:q̃ quodmaxime.
Iubere uos modo parentes ero erga uos obſequioſiſſimus.
Ea parebo tibi pater mente:ut cognoſcas q̃ te amem.
Quid poteris edicere mihi pater:quod non teneam.
Pluris tuam admonitionem facio pater:q̃ quicquid muneris in me quiſq̃ uel maximus princeps conferret.
Es mihi genitor alter in terris deus.
In mente ſemper habeo fidiſſima quæ mihi præcipis.
Tam unq̃ a tuis de me diuertam inſtitutis:q̃ a deo diuertere poteſt pietas.
Non philoſophum te ſolum in hiſce monitionibns uideor audire mi pa-ter:ſed numen quaſi quoddam cælitus ad me miſſum.
Cumulatiſſime dixiſti multa mi pater:ex media quidē ablata philoſophia
Tantum me ſatiſfacere mihi poſſe rear:q̃tum præceptis inſtitutiſq; de me tui: o pater ſatis fecero:

Titulus.xxvi.

Seruilis familiaris.

m Eum officium omne in obtēperando ſeruiendoq; ſitum eſſe dbere ſatis iam dudū intellexi.Nec iccirco tuas imperatorias expectaui litteras.ut nō fuerim ultro litteris occurſurus:ſi peruenire fas fuiſſet.At cū tuum ſit iubere:ſcireq; quid iubeas.ut demoſthenes dixit:meum autem ar-cana principis non inquirere.at cū iuberet:nuſq̃ refragari:tacui:expectaui q; diem deſignanda:interq; tenendū:Nunc p̄cepiſti:ad diē cōſtitutā eſſe-mus in caſtris:dieq; cōſtituiſti:p̄dam es pollicitus:animādoq; ad arma (ut ita dixerim) alliexiſti mētes noſtras.Pro me duxi reſpondēdū me tā eſſe tu-um:ut ſi uitā centies in rebus āmiſerim tuis.nihil me cenſeam meū amiſiſ-ſe.Nā ſi me ſeruū habes:ſi me ales ſi me tueris.ſtatuq; auges:quid eſt meū illud quod abs te nō habeā:tibi non debeam:Satis eſt mihi p̄dæ:ſatis mu-neris:ſatis gloriæ:ſi rem egero tibi non ingratam:q te ſemper nos omnes tā gratū bn̄ficiūq; præſtitiſti.Bene uale.ex mediolāo.iii.calen:Fabruarias.

Seruilis familiariſſima.

q Vod meā laudes fidē ac taciturnitatē mi here:tuā hūanitatē decet: nō q̃rit mea fuitus:q̃ (ut Terentianū illud eſt) mihi apud te ſemp fuit:& iuſta & clemens.Accepi ſemper abs te plura q̃ ſim meritus.

quod tuæ munificentiæ fuit officiũ:nõ officii mei donũ. At quod præcipi
as ac iubeas:ut ſim tuis in rebus(quæ hic agunt̃)q̃ cautiſſimus : atq; unice
diligens.fiet:nihil ab me obmittet̃ quod mearꝝ ſit uiriũ. Tu modo uide ut
iſtinc oĩa huc concurrãt ad rem efficiendã:ut pro filio non deſinit libri nec
amictus. Prædiis adhibe curã:redituſq; fructuum ad te referam. Vale. Ex
Mediolano pridie kalendas Februarias.

Seruilis Grauis.

i N oĩ mea uiuendi cupiditate præcipuũ a ſuperis mihi munus hoc
ſemp̃ ſupplicaui:ut ſcirẽ poſſeq; ſine fraude ac dolis hero ſic obedi
re.ut fidelẽ me poſſet ſeruũ illum appellare:cui gratulat̃ uerbis chri
ſtianis dominus:quod ſup̃ pauca fuerit fidelis:pmittitq; ſup̃ multa ſe illum
cõſtituturꝝ:nec eius unq̃ ſimilẽ dicere:ad quẽ ſerue neq̃ inqt Saluator. Quo
niã eũ conſeruorꝝ miſertũ nõ eſſet:& quẽ iuſſit in tenebras uinctum cõiici.
Quid.n.ſunt ĩ hoc hoĩes orbe niſi qſq; ſuã norit teneatq; menſuram: & ut
apud Horatiũ legit̃:ſorte ſua cõtentus qſq; uiuat:nec Epithiabos : nec iugũ
caballus optet: Terẽtius ipſe fuiſſe legit̃ Lucani Terẽtii ſeruus:a quo qa &
fidelis foret:& ingenio nõ tardiore:pceptoribus litterariis cõmẽdat⁹ heri
diligẽtia liberalitateq; magnũ euaſit in uirũ:atq; clarũ. At Eſopus pariter ſer
uus fuit. Quid de Ciceronis Scipionũq; ſeruis:q qdẽ oẽs liberaliter educa-
ti nõ uernarũ nõ Atrieſium locis educati ſunt:ſed p filiis. Hãc ego munifi-
centiã abs te cõſecutus ſum here mi optime:ut iam æque ac libertus poſſim
agere.negociari:pprias habere.fortunas:nec iuris ſeueritati ſubiectus tibi
quærã:quæ laboribus nãciſcor meis:qd poſſim iuſſu efficere:quod nõ de-
beã. Sũt q putãt indignũ:ſibi a dominis officia cõmemorari:ut Soſias inqt il
le. Iſtec cõmemoratio q̃ſi exprobratio eſt ĩmemoris erga me beneficii :ma
lũ certe hoĩum genus:cũ ſine hac ego memoria nolim uiuus eſſe. Quid.n.
me minus ingratũ iis:q de me ſunt optĩe meriti:ut Ambroſius admonet:
eſſe faciet:q̃ ſi habeã in memoria ſemp̃ illius in me beneficia. Tunc & meã
ante oculos cõditionẽ habeo:nec me fugit.qs eſſem prius quẽ herus me tot
affeciſſet muneribus. Tolero ſi qd durius uidet̃ ĩ uita. Dño maiores ago(&
ſi poſſum)refero gratias:ſi qd cõtingit melius:idipſum ab Homero didici
cũ tu me ab ineuntibus ãnis:here mi optĩe ĩbui bonis artibus latine Græ-
ceq; curaſti:ut is optimus merear dici ſeruus:q ſeruit officioſe ac ſpõte. Nõ
ego igit̃ coactus ad ea puocor q̃ tu iubes ſed ultro & cũ aliquẽ adiicis ſtimu
lũ:æquo ſpõte currẽti chalcar adiũgis. Nihil eſt tã aſperꝝ:durꝝ & cũ piculo:
quod mihi leuiſſimũ eſſe nõ uideat̃:mõ pte faciã. Hæc.n.oſſa:hi nerui:hic
ſanguis:hic ſpiritus:hæc demũ oĩa:qbus uegetor.alor.uiuo ſentio.ſapioq;
fortaſſe(aut nõ oĩno inſipio)tua ſunt oĩa tibi dedita:tibi dedicata:ſeruique
obligatione deuincta & obnoxia. Tuũ eſt ĩperando munus. Ab me attinet
audire tm̃:q̃ iuſſeris:at cõtinuo quod in me fuerit:exequi:& ut illo utar Vir

giſſa no:tuus ē nil dñe ꝙ optas.explorare labor:mihi iuſſa capeſcere fas eſt. Tu me paſcis. Tu me uiuū tueris. A te mea pēdet ſalus tuæ uoluptatis tuæ uitæ. Tuæ laudis par eſt mea. Si tu bene:ualeo qdē bñ. Vbi angeris & maceraris:& affligeris oīs tuus uel luctus uel mœror:uel gemit⁹ ad me attinet. In q̄ tu fatoꝝ ſede uerſaris:ea ē cōmuniſſima mihi: Quid ſuo cū dño.quid hoī cū deo. Nā tu quoq; meus es in terris deus. Te īſtar adoro nūinis. Neq; te magis iratū metuo:q̄ Iouis fulmen:nec magis placatū lætor:q̄ cū oēs ſuperos fautores mihi duco. Accepi aūt cōditionē p litteras abs te miſſam ea frōte:q Domitianus legit̄ ſpectaſſe Thymelē deriſoreq; latinū: apud Martialē:apud Iuppiter a Marone fert̄ ſubriſiſſe ueneri:quo uultu ſerenat tēpeſtates:q̄q̄ ſatis eſt īpar ſimilitudo. Ad ea q̄ mādaſti:ſic me accingā:ut ītelligas:nihil me facere pluris:quā ſi pareo tuis de me īſtitutis. Nūq̄ īuenies me min⁹ uel ꝑnū uel ꝓmptū ī rē tuā:q̄ cū ago meā ꝓpriā. Quod me āt admones:a tuo cauēā filio:ne qd deterat tibi de re tua:domi ſſi. Nō me fallet:nec allicet in ſñiam ſuā:ubi tecū nō ſenſerit. Fruſtra laborabit:uel pollicitando uel terrēdo quod dicis. Nec.n.factus ſū puer q nucibus inducar:nec auis:q̄ terreat. Bene uale. Ex Mediolano kalendis Februariis.

Sinonima ſeruilia.

Parebo tibi per libenter.

Vt iuſſiſti faciam here.

Nihil ex iis præcepiſti prætermittam.

Ero in obediendo & nunc & ſemper paratiſſimus.

Habes ſeruū in te me domine fideliſſimum.

Quæ tua cauſa cōmittitur mihi:eam abs te geri cenſeto.

Tam tibi debeo here mi:ut aſſidue in ſoluendo uerſatus tuis de me meritis nequeam ſatiſfacere.

Nulla res iucundior mihi eſſe pōt:q̄ ſi tibi obſequor ut cupis.

Modo tibi ſeruiam lætus ſum.

Nō mutē meā cū ullo primate conditionē dū tibi rem gratā efficiā.

qd eē mihi ualet ī uita iucūdi⁹:q̄ ſi mea cū īduſtria gratificor dño tibi meo.

Fac quod malis de me periculum:inuenies ſeruum nullū unq̄ fuiſſe ſui heri obſeruantiorem:q̄ eo ſum tuus.

Abhorreo ab oī ſeruoꝝ ignauia:cū re tua ſtudeo fidei ac uigilantiæ.

Nihil eſſe duco magis meum q̄ ſi tibi obedio.

In hoc eſt mea oīs depoſita uiuendi ratio:ut q tuus ſum abs te pendeam & fide ſim erga te diligētiſſima.

Titulus.xxvii.

Clientalis familiaris.

ſ I uelim(ut in tuā clientelā traducus ſum)meis in te officiis ſatiſfacere:nec ingenio ſatis nihil ſit hoc exilli:nec oratione hac ieiuna nec uiribus huius corpuſculi māchis. Nā(ut Cicero perpulchre docet)ſeruorū

loco ſucceſſerũt apud priſcos cliẽtes in patronos:nec iniuria. Quod.n. eſt officiũ dominorꝫ in ſeruos:idẽ & multo qdẽ maius patronorꝫ in cliẽtes ex tat. Debẽt cliẽtibus. Patroni tutelã.defenſionẽ:auctoritatẽ.gratiã(ut Plato cõſtituit)quod prius apud lacædemonos inſtituerat Licurgus. debẽt deni qꝫ cibũ ſi clientes nõ habeãt. Quãobrem iure optimo Iuuenalis ſue tempe ſtatis patronos improbat dicens. Veſtibulis abeunt ueteres feſſiqꝫ clientes: uotaqꝫ deponũt:q̃q̃ longiſſima cenæ. Quare cũ tuus iamdudũ ſim cliens: te nũc patronũ oro primũ:ut mihi crebro iubeas:nõ ſecus:ac ſeruo:mox ut rem meã(de qua ſæpius ad te ſcripſi tuearis:adiuues.dirigas:nihil omittas quod ad defenſionẽ attineat cauſæ:Quod & ſcio te penitus:uel me reticen te euraturũ magnitudini tamen tuorꝫ occurri negociorꝫ:ne quando mino- ra maioribus cedãt. Scis:q̃ me coquat res ipſa.q̃qꝫ me curioſum oporteat eẽ Aene Valc. Ex Mediolano.iiii.Nonas Februarii.

Clientalis familiariſſima.

EGo tuus ſũ cliens:tu patronus es meus. Nihil meũ eſt qđ ad te nõ p tineat. Agit̃ ut ñ neſcis iſtic mea cã de iis ꝓdiis:q̃ iure poſco heredi- tario. Exerce ꝑ ingenii tui doctrinæqꝫ ꝓſtãtia quod uoluere iuriſcõ ſulti patronatus ius eſſe. Vt.n.creatus abs te cenſeo qñ me in clientelã apmi ſiſti:ſic mihi nõ cõſiliũ debes ſolũ:ſed fauorẽ ac auxiliũ. Fac ut oĩa ĩelligãt ꝙ eũ te mihi ꝓſtitiſti:quẽ ſolitus es hactenus reliquis ꝓſtare cliẽtibus. Nulli enĩ cedo beniuolẽtia in te ſingulari:ac incõcuſſa fide. Sunt alii fortaſſe tibi cliẽtes ditiores meliores corpore:nobiliores genere.at nullus amãtior. Ex Mediolano tertio nonas Februarias.

Clientalis Grauis.

CVm cliẽtes haberet Siculos Cicero:dicebat ſe ñ minore. Si canos ſe q fauore debere q̃ romãos:cũ cliẽtelæ iter pria potiſſimaqꝫ fortũæ bona ſolerẽt nũerari. Alchbiades ãt ille tãtus uir:& ĩpator:ñ exiſtĩa uit cõtra legẽ fieri:ſi cũ ĩpio cliẽtes Focaces tuerẽt̃. At Mylciades ĩ Lemnũ: leſbũqꝫ idẽ factitaſſe ꝑhibet̃. Quis.n.uir bonꝰ ñ amet cliẽtes: quos uidet ĩ ſe paratos ñ minus q̃ filios. Quid ſi filii nõnũq̃ deſerũt ea tẽpeſtate pẽs:q̃ deberẽt ĩ eos eẽ pictiores & caritatis pleniores.at cliẽtes ĩucti ſũt nũq̃ patro nos dereliqſſe: Quare iã trito dicũt:illđ Aſchlepiadeũ:filiũ da mihi bonũ: ſeruũqꝫ fidelẽ:cliẽtẽ ſemp ego reddã optimũ. Itaqꝫ cũ Rome ĩucti fuerĩt ꝓui mali ſedicioſi factioſi:a cliẽtibꝰ ẽ adiura reſpu. Societati ſũma debet̃ fides: multo cliẽtelæ maior. Nã ad tꝑs ĩterdũ ſocii:ppetui ſunt cliẽtes. Socios nõ nũq̃ eos iũgimꝰ:q hoſtes aliqñ fuerint.ut & apud Græcos:& apud latinos legimus plurimos. At cliẽtes nũq̃ aſciuimꝰ nobis:niſi quorꝫ & cognita fuiſ ſet ergo nos bñiuolẽtia.fides ac deuotio:& quos ĩtellexerimus noſtrũ aſſi- due ſtudioſos. Itaqꝫ cũ mea iamdudũ familia ſit omnis in cliẽtelam tradu- cta tuæ domus:ut a ueſtra & ſalute & fortuna . pendeat & ſalus & fortuna noſtra quod primum eſt : cupimus ut exerceas in nobis iuſpatronatus

iubeaſq; uel maxīa cuncta qbus noſtras intelligas ptes exerceri poſſe.ut intelligas:q̄ & tui ſimus.& cupiamus in rebus tuis operā noſtrā exhibere.Deinde uero cū mea iſtic agat̃ nō mediocris cauſa:ſed qua nō parū angor atq; affligor cupio ut patronus es ita me ſic adiuues & tueatis nō me latet q̄ ualeas apud principē iſtū:& auctoritate & gratia qualiſq; ſoleas in amicorum eſſe cauſis.Prætereo quod debes clientē patronus adiuuare.Fac ſupra q̄ debes.quod potes.nec pmittas me fraudari cuiuſq̄ nequicia.Malus eſt:cum quo agit̃ mea cā.ſed longe peior eſt prætor urbanus.qui pecunia corrupt⁹ nō aduocati minus officio fungitur q̄ arbitri.Rem habes.eā adiuua.Vale Ex Mediolano pridie Nonas Februarias.

Sinonima Clientalia.

Adiuua me clientelem patrone tuum.
Debes mihi patrocinium.qui tuus ſum cliens.
Omnis clientela in tui eſt patroni manu:
Quis meā ſuſcipiat cauſam:niſi tu patronus:
Abs te pendet mei clientis ſpes omnis.
Patronatus officium abs te poſtulo.
Faciens rem patrono digoiſſimā.ſi me clientē nō deſeres:
Quid poteſt ab ullo certius & officioſius ſperari:q̄ ab eo qui patronus eſt ut tu meus officium clientelæ debitum.
Oīs mea ſpes in te ſita manet.q clienti mihi patrocinium debes:
Nequeo mihi hac in cā deſperare:cum ſis mihi patronus.
Tu ſolun metum hac in re totum adimis.cuius ſum cliens.
Quid poteſt a tanto patrono quantus es contingere mihi nō optato.
Facies tu certo ſcio in me quod patronum decet in clientem.
Hoc abs te poſtulo:ne te patronū eſſe meum ſis oblitus.
Quæſo ut ſolita in cæteros:ſis etiam in me clientem diligētia.
Cū exercueris curā in hac re tuam ocm:eris in cliētem officio functus.
Cōmendo me clientē fideliſſimū tibi patrono diligētiſſimo.

Titulus.xxviiii.

Diſciplinalis Familiaris.

1 Amdudū pceptor mi doctiſſime cupiebā te corā aſſari: & ut illud eſt Maronis Veras audire & reddere uoces.At poſteaq̄ id nōdū per locorū interualla potui conſeq:p litteras pſequar:nec longiorē tpis intercapedinē:in hāc ſitim extinguendā admittā.Sunt q dicant:nō eſſe latine dictū perpetuitatē cum Cicero utatur hoc in officiis uocabulo neq; probent a cauſidicis nullitatem dici proceſſus:cum tamen nullā eſſe rem.iuriſcōſulti uetuſtiſſimi dixerint.Quid hic ſentias expecto.Genitorem.genitricem:natū gnatūq; tnō dicendū affirmāt alii:ſed patrem matrē:filium:ac filiam.Alii uero nō eſſe minimorū titulos ut dicant̃ egregii:aut ſingulares.

Alii uæhementius improbāt:ſi qs famoſus aut glorioſus appellet̄. Quæ aūt coniunctionē:nō niſi breuitate punctoꝝ ſcribi poſſe latine aſſerūt atq; relationē expreſſe. Idētidem q̄ & quod differenter a relationibus: & cū coniunctionem a præpoſitiōe & pleraq; talia. Ego tuæ imitationis cupidiſſimus:a cuius ſcola(tanq̄ a platonica pendeo)tuā in his ſingulis ſnīam expecto. Malo enim erare tecum)ut Attici dicebāt cum Platone q̄ cum reliquis bene ſentire. Vale Ex Mediolano Nonis Februariis.

Diſciplinalis familiariſſima.

q Væro abs te præceptor humaniſſime:ut Gazophilatium exprias quo differat a Theſauro:an idē ſit. Quis proprie Architriclinus cēſeatur:quis Choraules. Habemus.n.quoſdā hodiernos interpræ-tes rerum & linguarū pariter ignaros. Quod ei ſit urbi nomen:in qua corpus & reliquæ Diui ſrancisci ſeruant̄. A qbus fuerint Mediolanū.& Bergomū:urbes cōditæ. Quæ ſit differentia:inter intra & in. Quæ ſint proprie uoces latinæ dictæ rhanarū:equoꝝ.aſinoꝝ bouū cæteroruq; hmōi. Hæc ſi declaraueris afficies me uoluptate īcredibili. Tu iube ac me ama. Ex Mediolano.viii.Idus Februarii.

Diſciplinalis Grauis.

u T illo utar Iuuenalis qui præceptorē loco uoluere parentis eſſe: uiri fuerūt nō pietate minus gratitudineq; ſingulari:q̄ innata quadā de litteris bene ſentiendi cupiditate.ac aſſidue quæ didiciſſent:memoria repetendi. Vt.n.a patribus ſumus:ſic a præceptoribus bene ſumus. Ab iis uiuimus:ab his aūt bene uiuimus. Quid ſi bn̄ ſimul & beate. Quid enim(ut Aurelio placet)aliud eſt bene:ac beat euiuere:q̄ illa & diſcere: & tenere:qbus æternitas gloriæ cōparatur At a qbus aliis has emunt mercimonias uiri:q̄ a præceptoribus. Ab his diſcimus nō loqui ſolum:quo a mutis differimus animātibus ac brutis:ſed eloqui:quo nos Cicero cæteris hominibus nos docet antecellere. A priſciano grāmaticem. Beda. Phoca Capro Marcello. Varroneq;:ab Hermagora. Hermogene: Eſchine lyſia. Demoſtene. Ariſtotele. Iſocrate. Cicerone. Cathoneq; rhetoricen accipimus:ab Orpheo Muſæo. Heſiodo. Homero Pindaro. Ariſtophane. Euripide. Sophocle. Marone. Ouidio. Horatioq; poeticam:ab Herodoto. Thucidide. Polybio. Plutarcho. Liuio Saluſtioq; hiſtoricā a Seneca. Quintilianoq; declamandi modū:& ab aliis ſingulis ſingula noſtris moribus uitæq; neceſſaria cū qbus ne dū cogitemus oīa modeſtiſſime dicamuſq; politiſſime ac plurimū elimate:ueꝝ etiā faciamus cōſulto.æque.ſancte.pie religioſe qbus uirtutū gradibus hinc nobis ab inferioribus ad ſupiora paramus aſcenſum: & cū in terra corpora uiuant:in cælo mētes paſcant̄. Nūc igit̄:cū te abſentem aīo ſpeculor:atq; nū ſecus:ac præſentē in tueor:nō aliū uidere uideor:q̄ eū a quo ex nihilo factus ſim aliqs. Tu me nō minus bonos docuiſti mores:q̄

bonas artes.nec minus(ut admonuit Lactantius Curaſti:ut ſaperem : q̃ ut ſcirẽ:Ad te redeo:cũ qcq̃ ambigo:a quo utpote peritiſſimo quærã & uerborum rationes & rerꝫ.Q uædam de uerbis dubitamus:melius nec ac latiniꝰ quarto calendas:an quartũ calendas dictum ſit.Q uid proprie ſit eiulatus: quid gemitus:quid ſingultus qd plãctus:.Q uæ inter recreare. conſolari.leuare.ac reficere ſit differentia.Q uædã de rebus ipſis.Nũ epicuri ſententia ſit nullo pacto de uoluptate tolerabilis:cũ & a Cicerone tãtopere dãnetur: & ab iis omnibus qui Ciceronem ſecuti ſũt.Q uædam de nominibus. Nũ recte ſcriptum ſit in officiis Ariſtotelem & Iſocratẽ:quorꝫ uterqꝫ ſuo ſtudio delectatus cõtempſit alterꝫ.Q uædã de hiſtoria.Nũ Dido potuerit Eneam amare.Sin id minus:qd hoc exponat figmenti.Q uædã de poetica:fuerint ne qui ante Homerꝫ & Heſiodũ ſcripſerit cum Philon id iudeus negare uideatur.Hæc diſcipulus a doctore poſtulo Tu reſponde:ac Vale.Ex Mediolano.vii.Idus Februarii.

## Sinonima diſciplina.

Doce me mi præceptor.
Ne ſis in me docendo difficilis:
Adhibe in me inſtruendo diligentiam.
Fac ut non graue ſit:diſcipulum admonere.
Præceptis elegantiæ tuæ diſcipulum imbue.
Nulla me maiore affeceris uoluptate:q̃ ſi ſis in me docendo aſſiduus.
Ero incredibili abs te munere donatus ſi me doces.
Q uid potes in me conferre præſtantius:q̃ eruditionem.
Tu plane me beabis:cum docueris egregii quippiam.
Q uotiens in me defatigabere:totiens tibi plus debeo:q̃ ſi me omni theſauro feceris q̃ ditiſſimum.
Eſt ne quicq̃ abs te mihi dono dandum:quo te munificentiorem exhibeas q̃ ſi præceptis me bonarum artium inſtitueris.
Adhibe in præceptis erga me curã:ſi uis me tibi ꝑpetuo deuinctiſſimũ eẽ.
Cum te rogo,plurima:ne ſis in me docendo durus.
Ego te quando me doces aſſidue:numinis inſtar colo.
Te ſupplico per ĩmortalem deũ:reſpondeas ad hæc quæ ſæpe quero.
Facit doctrina tua ut nõ ſim negligẽs ĩ q̃rendo ſemꝑ quicq̃ ambigui.

## Titulus.xxix.

## Doctrinalis familiaris.

q Vod me ames:equum eſt.Amaris enim ab me ſupra modum.Sed ne prolixitate uerborum tempus terram:cum ſententiarum potius opificem:q̃ uerborum ſapientem eſſe decere.doceat Auguſtinus.ad ea ſummatim reſpondebo:quæ poſtulaſti.Perpetuitate utuntur:uel obſeruatores latinæ linguæ in iis:quæ ad philoſophiã attinent:ſi quidẽ cõmodio

re uocabulo ea ſententia nequit exprimi. Vt enim ab æterno formaẗ æter-
nitas: ſic a perpetuo perpetuitas. At cū licet oratorem amplius loqui: uten-
dum eſt conſuetis immortalitate æternitate. Sempiternitas & perpetuitsa
philoſophica ſunt: necnon & hinc procedentia uerba perpeturare ſem-
piternare. At ſi apud poetas reperiantur: quibus carminis: eſt difficultas: to
leratur: ut & apud eos genitor: & natus: & apud comicos gnatus. Refert enī
& inter ipſos poetas: heroice ne quiſq; ſcripſerit: an elegiace: an ſatyrice: an
bucolice: cum hæ carminum diuerſitates uaria ſoleant admittere uocabula
dicere ꝓmiſerit Tunc ſic ille Sinon:aut Sinone peior.Cū eſſem īpedemon
tio liber.non nulliq; pedites mecū agerent.Aloiſius Bellares princeps Re-
lianæ atq; Centalli:cui cauſa eſſet tutandi beneficii quod ad eius filiū deuol
uebatur ſeruandæq; poſſeſſionis eccleſiaſticæ:me uocat cum meis:qui ei ui
giliæ cuſtodiæq; ꝑeſſemus.Hinc eſt mihi cum eo principe familiaritas ma
xima cōparata & iam tā aſſidua conſuetudo ut aperuerit nobis ſui pectoris
ſecretiſſima.Is inquit Carolum regem iniuſtiſſimū eſſe:in Ludouicū filiū:
& ea ꝓpter non multo poſt habiturum peſſime:in quem fierent in uniuer-
ſa francia maximi apparatus:q̃uis occolti ſommoquæ cum ſilētio.Adhæc
autē ſentire principem Relianæ Ludouici Delphinis interceſſione cū Re-
nato rege:Franciſcoque Sphortia Mediolani Ducē:in diuidendo pedemō
tio:ut pars Renato.Pars Inſubrium duci traderetur:quorum mox auxiliis
Ludouicus in patrem regem niteretur.Earum autem pactionū litteras ho-
rum ſingulorum principum eſſe penes.Aloiſum ipſum bellarē in eius plu-
teolo.quod ſe latere non dixit reſeraturumque reliqua ad hanc rem pertinē
tia ipſi Carolo regi.ſi opus foret.Non audet Dux Sabbatiæ( q̃uis huic nō
adhibeat fidem )ulterius in hunc ꝓgredi:niſi prius huius omnia ſignificet
regi.Rex autem his acceptis:per litteras iubet:ad ſe continuo delatorem li
bertate donatum honorifice mitti.Abſoluitur latro ſacrilego.auroq; ac equis
donatur.Ad regem procedit.Idem replicat additq; ſi ſibi ex Sabbatia fiat
commiſſio:ea eſſe mente:ut principem Centalli capere audeat: captiuūq;
in franciam cum litteris illis pactionibuſq; apertiſſimis mittere.Impetrat
quæ poſtulat.fingit.ſimulat.diſſimulat.Centallum uenit quaſi fugitiu⁹ ex
Sabbatia:ubi hæc oīa clāculū trāſacta ſūt:ī arcē admittit̃ Imo qſi nolēs illo

proficiſci:cogitur centalli. Sed iam uidebantur hinc illi illinc hi uenire Archimbaldum uiſuri cum quibus ei amicicia foret contracta. Cum in arcem uentum eſt: hi ſocii qui ex improuiſo uariis ex locis ueniſſe ſimulabant: cuſtodes opprimunt arcis: is profectus latronum filium ante patris. Abloiſii occulos interimit: qui uellet rem tueri: patrem capit cum omni familia. Arcem occupat munitiſſimam atq; ditiſſimum ſpoliat principem. Res ciuiū ī predam uertit. Nam aſſidue concurrebant illo multi ex finitimis urbibus: quos ille fur admonuerat. Mittit Aloiſius ī franciā: ſed ſine ullis accuſati ſceleris teſtibus. Occupat ipſe Centallum muniti ſſimo loco ſitum. Quæritur in Galliæ uir ille optimus Aloiſius quid in regem attemptaſſet cum filio. nihil inuenitur. Franciſcus Sphortia (qui hæc reſciuit omnia) Ducem Sabbatiæ commonefacit: ni continuo. Aloiſium qui fœdere ſibi iunctus erat: ī ſuum reſtituat principatum bellum ab inſubria ſibi putet indictum. Quid faciat bonus Dux. Iam a Carolo Aloiſius liberatus eſt. Expeditio nullum ſortitur effectum. Irridet Archimbaldus & regem pariter & ducem: dicitq; ſibi eſſe quedam cum duce ſigna: quæ niſi uideat: non eſſe Centallum ſe rediturum. Tandem fit expeditio Ducalis in Archimbaldum. Ille rei militaris ꝑitiſſimus & ad eam natus (ut deinde bello Centalico uiſum eſt) ſe tuetur. Pedemontium expugnat: ex finitimiſq; quottidianam prædam refert multoq; ditatur aſſidue magis. Militibus ſuis Gasconibus inq̄ plurimis: qui conuenerant illo huius promiſſionibus pellecti: nunc ſe cum Sabbatiæ perſuadebat ſentire duce. nunc cum inſubribus. Tandem illo uētum eſt: ut fraus fraude ſit intercepta. Nam Ambroſinus longignana: qui tunc præerat propinquæ arcis eiuſdem principis cuſtodia: ſimulata ſocietate: diſſimulataq; cauſa: cœpit Archimbaldum ei confidentem. Arx ſe continuo dedidit: capto præſide: Inuentum eſt eum nebulonem tam ſagaciter callideq; geſſiſſe ut paulopoſt futurus eſſet Pedemontis princeps: cum eorum fere omnium conſenſu qui Tauriſcarum urbium arcibus præerant: quoq; omnis in ſententiam diuerſis traxerat promiſſionibus. Cæſus & ſectus eſt archimbaldꝰ laqueo ſuſpenſi: centum ac triginta Gaſcones: corpora fere Gigantea Reliqua non proſequor: & q̄ aſtute geſſerit. & q̄ uideretur religioſus: q̄ munificus: quos habebat fautores quos miniſtros. hic ut intelligas: q̄ ſoleat fortuna multos illudere: ac ut Boetius inquit ſumma infimis: infima ſummis admiſcere utq; a ſceleratis ſemper cauendum ſit qui nil niſi ſcelera machinantur: nil aliud curant. Vale ex Mediolano. vii. Idus Aprilis.

Sinonima hiſtoriæ narratiua.

Hic bellum apparatur in turcos.

Fiunt in hac urbe noui pacis apparatus.

Nihil eſt quod dubitemus huc ſummum pontificem eſſe uenturum.

Conſilium imperatorem inſtituitur.

LC1/CCC

Hiſtoriam tibi dico ueram eſſe.
Quod uiliſicatus athos ſit:non admiror:cum apud Bæna cum ſint etiam montes ueliſicari.
Gigantes & nanos uidimus diebus hiſce.
Nuper ego apud Venetos piſcem uidi hominis habentem imaginem:
Cum eſſem ferrariæ:hominem uidi bicipitē ut geryone non obſtupeam.
Inter hiſtorias & hoc habe:quod aſinus bipes hic creber eſt.
Fabulam extimas uaccas inuenire bipedes:hiſtoria eſt.
In hac urbe ſunt Galli pondo decem ſinguli referentes.
Volant hic equi:ſi uelis hiſtoriam ab me Græcam accipere.
Nihil eſt uerius hac hiſtoria:quod nihil hac hyeme rigoris uiſum eſt.
Hic ferunt turcorum regem eſſe interemptum.
Non uno ex loco uera hoc hiſtoria dicitur:conſtituiſſe mahomettum regē turcorum chiſtianorum ſequi fidem.

Titulus.xlvii.

Fabulæ expoſitiua familiaris:

u T rideas fabulam accipe:cum ſuperiore nocte apud cauponem peregrinus agerem:nam redibam ex Galliæ Diui. Antonii templo: inter ſōniandū ſum uiſus cū Cauponis agere coniuge:cauponēq; nō multopoſt inſidias mihi parantem uæhementius expaueſcere. Hoc metu perterritus expergiſcor:& adhuc ſomnii attonitus inuoluero:exagitatuſq; formidine:uel uigilans in cauponē enſe feror ac furore. Is uire bon⁹:ſatiſq; ad preliandū debilis fugiens delituit in ſtabulo:nec diem illū uniuerſū: noctēq; ſequentē apparuit. Ego ratus uerū eſſe:qđ ſōniarā uxorē eius ſubegi con ſentientē inq̄:nec uſq̄ renitentē. In diluculo mox diſceſſurus ab ea donatus ſum tanto numeroꝝ:hucuſq; peruenerim. Vide qd caſus inuenerit: qđ ars uix ſibi comparaſſet. Nunc & Iouē in cygnū cū Danae uerſū eſſe credo: cū hoc longe ſit admirabilius:Nūc cū Europa in Taurū. Interea redeūti mihi domū occurri in ꝓpinqua ſilua ſerpēs. Exiſtimaui fatū eſſe(qđ uulgus mulierū appellat)ibiq; ꝑnoctaui aſſidue cogitans:qd hoc eſſet:qđ cōtinue me ſpectās a me nō diſcederet. Sed ubi iā tenebræ texiſſēt oīa:nec uidere quidē āplius poſſē:nec uideri:cæc⁹ uiā prepto in ſerpētē certe cōuerſus. Quo me uerterē neſciebā. Tādē luna mihi lumē obſecūdauit.& domum regreſſus ni ſi ſæpius hoc monſtrum. Vale.ex Mediolano.vi: Idus Aprilis.

Fabulæ expoſitiua familiariſſima.

n Ihil hic maiore uendit̄ ꝑcio:q̄ fabula. Iccirco ut rem tibi hac ætete dignā mittā:ſic habe Antonius abſuit hinc mēſes duos de uiginti. Cū rediit:cōtinuo cōiux peperit puerū ſcitū.illiuſq; ſimillimum ſacerdotis: quē nō ignoras. Perſuaſit uiro Martia:filiū eſſe ſuū:ſeq; cōpreſſiſſe dolore: donec is rediret:exēploq; firmauit Alchemenes:cui⁹ cōpreſſus eſt Iunonis

cura ꝑtus:donec Stenello naſceretur Euryſteus q poſſet herculi ĩpare. Credulus uir cõditionẽ admiſit:ſimilẽq; illoꝝ ſe fieri poſſe ratus fabulã non accepit aliter:quã diceretur. Vide.ꝙ pulchre deceant mulieres litteræ ꝙq; plura illæ uiderint:ꝙ Plinius reliquiq; ſcriptores:qd᷑ ad duos de uiginti menſes naſci poſſe doceãt partũ Nũc filius educatur Antonio quẽ ſibi ſimillimũ aſſeuerat:ego eã ſimilitudinem uideo:qua gallus aſini ſimillimus eſt. Vale ex Mediolano.v.Idus Aprilis.

### Fabulæ expoſitiua Grauis.

n Ihil eſt tam iucundũ inquit Pindarus:ꝙ fabulã ſcribere Sed fabularũ duo eſſe genera:docent ueteres tam Græci ꝙ latini:aliud de iis rebus ꝙ neq; uere forent:nec uiriſimiles(ut eſt illud Plauti in faciẽ uerſus Amphitrionis Iupiter aut quod homo in bælluam uerteretur:cũ Ariſtotele teſte.impoſſibile ſit:unam ſpeciẽ in aliã cõmutari(aliud de iis.quæ ſi non uere:tamen uiriſimiles quæ fieri potuerunt.ut Terentius amare Pamphilũ oſtendit:& Glycerium ei tandem connubio iungi.Horum utrunq; probat Simonides:quorum alterum delectet:alterum iuuet. At Horatius ĩquit aut prodeſſe uolunt:aut delectare poetæ. Aut ſimul & iucunda:& idonea dicerẽ uitæ. At poetas id admonet. Quid in epiſtolis obſeruandũ. Idẽtidẽ puto. Nũc ergo ſcribẽdæ fabulæ ratio uenit in mẽtẽ:ut ñ deſinas ridere:ꝙ quidẽ rẽ poſteaquã fabulã dixeris(qd᷑ potuerit fieri)factũ exiſtimato:& fabuloſã hiſtoriã appellabis. Salualalius qdem Picæus(uel ut alii dicunt ex flamminia)cũ pertranſierit nemus quoddam:ad quaſdam nuptia profecturus uir uel mediocris:uel infimo loco natus:ſerpentem uidi:nõ miræ lõgitudinis ſed albũ miri cãdoris:corpulẽtũ:& ſe ita reſpicietẽ:ut dicere uideretur:ad te ibã.hic callẽ occupabat nemoris:ꝑ quẽ itur⁹ erat ſalualalius.Secedit is ex calle:rectaq;:quo cõſtituerat:ꝓcedit uia:ſed reſpiciẽs aliqñ poſt humeros relictũ ſerpẽtẽ:qſi ſecũ uerba facere uolẽtẽ:intuetur ſtare loco ſeq; firma ſpectare acie:Horruit primũ Salualali⁹ mõſtri magnitudinẽ:mox rẽ oblit⁹:ĩ locũq; ꝑueniens deſtinatũ choris ſaltibuſq; uacauit.Noctu rediẽs domũ cũ ſociis:nihil uidit.Poſtridie in eaſdem uenturus nuptias eadem iter fecit uia:cũdem ſerpentem intuetur:ſed tanꝗ blandientem:ac adulantem:toto ſe corpore contorquere ad Salualaliumq; alludere:ac eundem occupare callem:tandemq; cum iam ſecurior ille monſtrum ſpectaret:cœpiſſetq; quærere:uellet ne quicꝗ dicere.Si me ſequeris.reſpondit ſerpens ditiſſimus fies:ac maximus uir:nec dubita:me ſequere.factus ille audatior monſtrum ſequitur:in quãdam deuenit foueam ubi ſe ſe abdebat ſerpens.qui humana ĩ uoce deſcende ait.nec quicꝗ(dicebat)timeas.Inuẽta eſt ut affirmauit ſcala ærea:per quam qubi deſcendit:ſpatium comperit lati⁹:ubi regia qdã eẽ uideret egregiæ formæ:multiſq; lapillis ac uniõib⁹ ornatiſſĩa:cũ uirgĩb⁹ pluriſ codẽ ornatu ſpeq; clariſſimis.Admirat⁹ hic hõucio qd hoc eẽt:ad eũ ſic regia.

Ego tibi ſum uniuerſæ Italiæ datura imperium: uade modo: & milites tibi
compara infinitos quibus (quod ab me ſorcieris) æs maximum daturus ſis
qui ſi tibi non crediderint: ad nos eant te duce: uolui ut inquit reginam ob
ſculari. Subriſit illa: ſubddiditq;. Nondum hoc tibi conſequi licet. Sed com
modior occaſio dabitur. Inde hic abiens rem amicis aliquod aperuit dixit
q;: quæ uidiſſet: ſingula. Sequuntur hunc ex iis multi: qui ad omne facinus
aptiſſimi uocabitur milites. Incipiunt pecuniam in hāc nouitatem impar
tiri diuiteſq; pleriq; mercatores. ac ex finitimis locis honeſtiſſimi ciues: Iā
coaleſcunt hi milites fiuntq; plurimi. Iam equitum peditumq; ductores nō
pauci huic herent monſtro: fiuntq; manipli centuriones decuriones. ex om
niq; militum præfectorum genere atq; nominibus ad numerū uſq; ſex mi
lium ut omnes terræ Salualalii nomen uiderentur reſonare: in lociſq; cauer
noſis echo reboare. Interdum ex his primates ab eo in foueam illam duce
bantur ac æquæ reginam illam (quam Fatam uocabant) cum ſuis ninphis
omniq; ornatu uidebant: ac ipſe Salualalius: hoc etiam plus: quod uideban
tur ab ea regina illis oſtendi Theſauri apertiſſimi ac maximi: quod dicebat
ſe paraſſe: ut ſuo traderet Salualalio. Sed non ante octauū calendas Quin
tilis tradere poſſe: ſic eſſe ab iis ordinatum: qui haberent in his rebus arbi
trium. Hoc eos decepit multomagis qui & ſequebantur hunc imperatorem
& ei pecunias dabant mutuas: quod uiderent theſauros: a tantaq; regina au
dirent ei belluæ paratos. Sed uide: q̄ ſoleat in iis eſſe diligens demon quæ
ad homines fallendos attineant. Cum iam per uniuerſam Italiam audiret
hæc fabula. in uulgoq; increbuiſſet hæc uox: apud ſapientes minime crede
retur: res tamen ſic haberet: ecce diu iohannis diem feſtum: quo pecunia ex
Theſauris ampliſſimis illis debebat in militiam diuidi ex qua omnes erant
futuri q̄ ditiſſimi. Conueniunt illi cum Salualalio cuncti lætiſſimi: ad expu
gnandoſq; ſuperos. imperatoris iuſſu paratiſſimi: modo illi uiſum foret: ut
Gigantes feciſſe fabulantur. Credulus quoq; Salualalius non latet: exultat:
ac geſtit eo die ſe ratus fundamenta iacere ad imperium orbis occupandū
Neq; regina inuenitur. nec fouea quidem illa: hyatuſq;: quo ad eā iter erat.
Inquiritur diligentius: Eo minus inuenitur: nec inueſtigari quidem ſignū
poteſt: ubi nam eſſet ille aditus. Cum re perdita: ſpeq; ſublata: ſimul eis loci
aufertur memoria: Illuſos ſe uident illi. Sunt qui uelint in eum impetu fa
cto cædere in fruſtra præuaricatorē: quē putant ac præſtigiis uſum. Sunt
qui eos frenant: nec deſperandum eſſe ducant: quibus minime fieret ueriſſi
mile: hunc nō interim latuiſſe: ſi quid erraſſet: aut non in præſtigiis pſeue
raſſe: ſi hoc ſciret Sunt qui ſimplicitatem illius minus eſſe caſtigandum cen
ſeant: q̄ cæterorū: præ cupiditate: uæſaniam: qui adhibeat illuſionibus īfer
nis fidem. Ex iis fuit: qui demonis quandam retulerit hoc modo fabulam.
Malus demon o ſocii plurimū ſolet fauere uiris: illoſq; ſæpenumero ꝑ ſua

uirili obſeq. Quod cū ſæpe alias:tū ſemel:ubi miles qdā in tantā eſſet uitæ aſperitatē redactus:ut neq; per ſenectutē militaret:nec ei qcq̄ ad uiuendum neceſſariū ſubminiſtraret. Is.n.cū ſeſe in tēpla ſæpe colligeret:ſuperoſq; rogaret ſuæ mēdicitatis miſererent:tandē cuiuſdā uetulæ admonitus perſuaſuſq; cōſilio candelas aliquot reliqua ſibi emit pecuniola & acceuſas īter ſanctoꝝ ſimulacra in eccleſia depicta diuidit:cuiq; ſuā affigens:atq; orans:ſuæ calamitati ſubueniret. Cū una ſupaſſet candela:diuiſis cæteris:uideretq; demonē cathæna deuinctū:alligatūq; Diui leonardi ad pedes:En inqt & tibi cæreū uotū ut nō boni me ſolū adiuuent cælites ſed & tu Stygie demon: Is noctu uiſus eſt ei militi ſit loq:q̄ te plus ego adiuuē:q̄ ii cūcti:qbus tot cādelas accēdiſti:accipe hic eſt maxius theſaurus:eū tibi dedico:hiſq; dictis euanuit. Miles qd faciat neſcit aliud. Erat.n.ut uidebaꝛ in prato mūdiſſimo. lapidē nō habebat:nec qcq̄ quo ſignaret locū:mane ut ſtatuerat rediturus: deponit illic ſupflua onus credēs id mane ſe in prato inuētuꝝ: inuenit quidē: ſed in lecto. Hæc ſolet demon. Hæc debemus ꝓuidere Cœperūt omnes ridere:locūq; dederūt fabulæ. Vale Ex Mediolano. iii. Idus Aprilis.

Sinonima fabulæ expoſitiua.

Hic mulier eſt uir effecta.
Nihil eſt in hac urbe cōmunius auro.
Aſina peperit agnum.
In unam canem tres ſimiæ ſunt conuerſæ.
Iupiter in formam eſt fanni uerſus.
Lupi ſolēt hic diligenter de iis rebus prædicare:quæ reddere ſolent. omnis q̄ religioſiſſimos.
Vinum ſcio ubi ex aqua conficiatur:
In apulia ſunt boues aurum effodientes.
In Lydia dicunt formicas aurum effodere ſolitas.
Mulier formoſiſſima in fœminam caaſit pudiciſſimā.
Seneca cui nihil odioſius in uita q̄ mulier:uxorem duxit.
Pueri duo facti ſunt in Inſubria continuo ſenes.
Si ſenem tyrannum audis:admirare.
Mimi ac ſcurræ deligunꝛ Athenis in preſides:
A Romana dignitate illa quidem cenſoria plurimum abeſt grauitas:
Ab inſulſis abeſt omnis leuitas.
Nihil eſt in uiro doctiſſimo præſtabilius ignorantia.
Quid diſertiſſimus dicitur Cicero:non audet ſe cum eloquētia cuiuſdam conſerre noui.
Agnus apud nos candidiſſimus:qui per urbem uagabatur in tygrē maculatiſſimam uerſus eſt.
Amicus ille qui dormitat:oua ſolet in lecto ſæpe conficere:

Exemplificatiua familiaris.

p Oeſim īqt Simonides picturā loquētē eē:at picturā tacētē eſſe poeſim. Vt.n.debet Poeta deſcribere ꝓprietates reꝝ atq; pſonaꝝ:nihil q; ꝑtermittere:ꝙ ad ullius artis expſſionē ptineat:ſic pictor nihil negligere ꝙ ad rē pſonā ue pfecte cognoſcēdā pquirat. Niſi Cæſarē tibi declararit hiſtoria:niſi poſt hiſtoriā ex huius re geſta:phyſionomia expſſerit:qlē oporteat eē q hac:aut illa ē natura:qq; hoc aut illo uerſat̄ ī actu:niſi affect⁹ naturales multa reꝝ experiētia cognoſcis:niſi ea pſeq poſſis uel carmīe uel pictura ſingulari:qb⁹ ñ recitari aut pingi uideat̄.ſed hō uideri uiuus ī agēda re pſiſtere:certe neq; poeticā bñ tenes:q ſcribis:nec picturā q colorib⁹ iuolueris ac tabellis. Vt.n.Homerus æque recitat. Vlyſſis naufragiū:ꝓcedētib⁹ tēpeſtatis ſignis:ſuccedētibuſq; ꝓcellis. Idētidēq; factitauit apud nr̄os Virgilius at armatos ferociores īducit:cēſores grauiores:cōſules æqores:turbā loquaciorē:ſic & reliq debēt imitari:q poetaꝝ noīe uelint appellari:illudæ ſequātur:ꝙ apud Horatiū ē. Vos exēplaria Græca nocturna uerſate manu uerſate diurna. Id niſi facturi ſint aīaduertāt Horatianū rurſus illū. Cur ego ſi nequeo:ignoroq; poeta ſalutor. Vt.n.recte diſtū ē:ac ſapienter:quā qſq; norit artē:ī ea ſe exerceat:ſic Alexādri macedonis exēplo nō loquamur potius pſice:q̄ ſi loq neſciamus linguā illā pſitētes:auditoribus ridiculo ſimus. Aliorum exēplis uiuendū eſt. Vale Ex Mediolano.iii. Idus Aprilis.

Exemplificatiua Familiariſſima.

u T ignoſcā Antonio:rogas. Exēplo Cæſaris:oīa memoria teneo ꝑter iniurias.& ut Ageſilaū imitet̄ dicētē:cū trāſactū ē crimē iniuriā e mēte deleui.ſic ego uix poſtridie illi⁹ diei:quo decoctor Antoni⁹ me fraudauit.ſū illius doli memor effect⁹. Itaq; ne parcā opus ē iādudū pepci:ac ex aīo aboleui fraudē illā. Sed ut ī gratiā redeat ñ poſtulas:ꝙ ego admiſſur⁹ ſū nūq̄ negligētiæ gen⁹:aut aliis fallēdi ſimilē ꝓbeā occaſionē. Eū igit̄ ñ ſum odiis īſectatur⁹:neq; ab aliis pricipib⁹ q̄ſiturus:ut plectat̄ ſed neq; mea grā ei peccādi:aliiſq; daturus exēplū. Vale Ex Mediolano pridie Idus Aprilis.

Exemplificatiua Grauis.

n On iniuria placēt Oronti Artaxerxis genero(qcqd pſuadere quiſq̄ uellet)exēplis firmādū eē:ut q̄s p ueſtigia pficiſcētib⁹ ꝓcedētiū paratior eēt ac tutior gradiēdi cōmoditas. Nā & Ageſila⁹ ille rex ſapiētiſſim⁹ dicere ſolitus phibet̄:nō eē qcq̄ ulli dubitādū:q bonoꝝ hæreret exēplis. Xenophon aūt ait. Et ſi ſolēt:q errare cupiūt:exēplis maioꝝ:q mali fuerīt:gaudere:q̄ſi cæci a cæcis ducti. At bonoꝝ exēplo uiuētes ſecuriſſimā hñt uiuēdi rōem. Ambroſius igit̄ ille nō doctus min⁹.q̄ ſapiēs:magnā parari ſapiētiæ putauit uiā:cū exēplis bonoꝝ alliceremur ad bñ beateq; uiuēdū. Nā & Ariſtoteles illos refert Heſiodi uerſus. Optius ille qdē q p ſeſe oīa noſcens:

ꝓceptor ſuus ipſe ſibi meliora pegit. Ille bonus rurſū:monit⁹ q recta pegit.
Sūt.n.ut Demoſthenes dicebat:doctoꝝ hoīum admonitiōes:exēpla pari-
terq̄ poſſimus imitari:cū nihil ī mediū aſſerūt docti:ꝙ aut nō ſit ī recta ſū-
datū rōne:aut inde ſūmptū atq; trāſlatū:quod latā habeant auctoritatē:atq;
plenā.Cū igit̃ ad te frater optīe ſcripturus nō nihil eſſem de iis q̄ te cenſerē
oportere ſeq:ſū arbitrat⁹ exēplificatiuo utēdū ſcribēdi genere:ñ q te aut do
ceā.aut horter.aut admoneā ſuadēdo ſed q añ occulos exēpla ponā:p q̄ poſ
ſis & ī luce ābulare & ī tenebris.Alexāder admodū adoleſcēs nihil uel dicer̃
ſoledat uel facere ꝙ a p̄re Philippo illo ſapiētiſſimo uel dictū accepiſſet uel
factū:dicēs:turpe uideri ſibi:q ñ depiciſſet lr̄as:eū doctrinā ꝓfiteri : publice
ue docere.At alcybiades uir deniq; medetiſſim⁹ ꝓponebat īter ſenes q̄ſtiō
nē:de q̄ illos audiret cōmētari:bñ ne:an male hoc aut illud ab doleſcēte ne-
ſcio quo dictū eē:uel factā:nec nomē cuiuſq̄ aperiebat:nec ſuā dubitationē
dicebat eā illā:ſed ut ītelligeret illoꝝ ſentētiis:qd ſibi deligēdū foret. Cirus
aūt iunior ꝑmia cōſilioꝝ grauiſſimis ꝓponebat ſenatorib⁹:reſq; arduas q̄ſi
ad ſe nō p̄tinētes ī mediū afferebat:ut prius eoꝝ audiret ſnīas q̄ opus aliqđ
aggrederet̃ incōſulto.Cupio te igit̃:q mihi tū ob egrediā indolē cariſſim⁹
es:tū ꝑ ea q̄ mihi cū patre tuo principe optīo fuit bñiuolētia: ut Alexādrū:
Alcibyadē ac Cyrū imitatus uel nihil dicas:uel facias:ī quo nō adhibueris
quo quo uel exq̄ſitiſſimo cōmē atiōis cōſultatiōis ue modo reꝝ oīum exp-
tiſſimos:aut eaꝝ ſaltē de q̄bus dubitas uiros & doctos:& graues:a q̄bus uel
idē factū aut dictū accipias ut p eoꝝ ꝓficiſcare ueſtigia aut faciēdū dicendū
ue tibi pſuadeat̃:q̄bus uti quæas ducibus.Nā cū multa ſint adoleſcētibus p
uitæ nouitatē difficilia:cū id qdē difficillimū:ea ī ætate:q̄ pfecte rōnis ē in
capax:nō errare:nō labi:nō decipi.Quāobrē ariſtoteles:moralis diſcipli-
næ idoneos auditores noluit eē iuuenes:q̄uis ſubdat nō differre.iuuenē eē
ætate:aut morib⁹ & Simonides dicat multos ætate cōſenuiſſe:q ſunt mori-
bus admodū adoleſcētes.Es tu qdē ea īgenii pſtātia ut ſiqs ex ſe q̄cq̄ egregii
diſcere pōr & adiſcere.ī te hoc debuerit iā radices ꝓpagaſſe.At ea eſt uiuen
di recte parata difficultas ut uix ēt adhibitis alicꝝ & exēplis & īſtitutis & cō
ſiliis q plurimū ſapiāt ſatis nobis ſit adiumēti ad eā laudē capeſſēdā cōpara
tum qua debemus ornari & uideri ſimul.& eſſe.ut īmortalē gloriā conſeq̄-
mur.Quot cum habuerint parentes eximios præceptores clariſſimos.au-
xilia naturæ ac artificii plurima:ī peſſimos nebulones euaſerūt.Præter Ci
ceronis ac hortēſi degeneres.illos filios.circūſpice hodie multos ex oī ho-
minū præſtantiū genere.q̄bus nihil facilius:cōmunis.atq; paratius eſt q̄ a
ſuis degenerare maioribus : ſeſeq; inimiciſſimos uere laudis exhibere. Tu
igitur non adeo uel acumini tuo confidas.ullo ingenuæ tuæ naturæ mu-
neri niſi omnino ſenū aſſiſtas lateribus.ab illis.q plurima ſolſticia cū uirtu
te uiderint aliqd diſcas.ab eorum ſontibus.qui uiuaciſſima ſunt ſapientia

nõ nihil nutrimẽti haurias. Habebis ante oculos ſemp exẽpla: qbus nixus cadere nequeas: quorũ ductu p rectã uiã gradiaris quorũq; memoria ſemp tibi iucundior ſit. Eo pacto & tibi tua uita ſuauior fiet. & me ſũma quadã af ficies ppetuaq; uoluptate. Vale Ex Mediolano Idibus Aprilis.

Sinonima exemplificatiua.

Cæſarem tibi exemplum adhibe imperando.
Ciceronis in eloquentia exemplo nitere.
Fac ut in republica gubernãda Periclem adhibeas exemplum tibi.
Neminem in poematis utiliorem tibi Naſone ducito. ac Marone.
Velim in oĩ tuæ pturæ adminiſtratione ſolius Catonis hereas exemplo.
Noli ab eorum exemplis aberrare: qui fuere modeſtiſſimi.
Nunq̃ fallet tua te ſñia. ſi conſtãtia tibi Fabriciũ propones exemplum:
Eris omnium continentiſſimus. ſi exemplo tuæ modeſtiæ.
Scipionem præficies.
Vbi non deſerueris ulyſſis exemplũ. fies aſſiduæ prudentior.
Si uis fortiſſimus fieri eacidæ aut Hæctoris exemplis fias.
Scæuolã quærere ducẽ tuarũ cogitationũ: ſi uis iuriſcõſultiſſim⁹ appellari.
Veſtigiis hære Curii: ſi cupis ĩnocentiſſimus incorruptiſſimuſq; dici.
Nihil erit cũ uulgo cõe: ſi ſapiẽtũ exẽplis. ad pfectã cõtẽdes uirtutem.

Titulus. xlix.

Contentioſa familiaris.

q Vid te mihi pfers o bellua. Quæ tibi mecũ eẽ põt æq̃ cõtẽtio. Ge neris ne. At tu hõ nouus (ut illo ĩ Ciceronẽ utar Saluſtii) q rupto ro bore nat⁹: ut Naſo ĩqt nullos habuiſſe parẽtes cẽſend⁹ es Virtutis: At q̃ uir tus ẽ tua. Quod cyathos ãpliſſimos: calicis illius naſorũ q̃tuor bñuẽtani ſu toris nomẽ habẽtis: de quo loqt̃ Iuuenalis: ſimillimos uno hauſtu ſorbilare delectaris ĩ tuaq; nefandiſſima libidĩe tua ẽ militaris cõpoſita gloria: At mi hi & generis ẽ nobilitas tãta: ut erubeſcere me iure poſſis ubi hæc tibi ſit cõ tẽtio: & tm̃ ĩ uirtute laudis: ut me uenerari nõ nequeas. Cõtẽdis mecũ de di uitiis. Tibi nõ cædo. Nã q̃q̃ habes plures nũmos: plura pdia plures fũdos nõ es me tñ ditior: cuius cupiditas nulla ẽ: niſi cũ uirtute. At tu cupis: & iſtã maris tuis pturbatiõibus ne tm̃ habere potes rerũ: ut ñ multo auidi⁹ optes plurima. Ego paupꝑtate mea cõtẽtiſſim⁹ nihil appeto: & ut illo utar Terẽtii cũ nihil habeã: nil mihi deeſt. Ex Mediolano. xviiii. calendas Maias.

Contentioſa familiariſſima.

e T ſi me ſũmope pudere decet tecũ cõtẽtionẽ ullã agere: ẽe tua te tñ ĩ phreoeſi iactes: ad ea cõtentioſe rñdebo: q̃ unis ad me ſcripſiſti lr̃is. Nõ audere me boas affirmare bñ dictũ te corã Monimẽta: cũ monumenta dicẽda putes potius. Pero abs te uir ignare lr̃arũ: moneo qđ pteritũ habeat: monui dices: qđ ſupinũ: monitũ. Vñ hoc monimẽ: & monimẽtũ formaẽ a.

ſupino. Cur igit. i. mutabit in u. Cur i nocumēto. Veteri qdā cōſuetudine uel alia formatiōe q̄ ea: q̄ ad monimētū attinet q̄ pōt & debet monitio dici mētis. ita ut ñ monimē. ſed monitio. qſi a pteriti adiectiuo dicat. & mēte deriuet & cū ipſis cōponat. Inde apd Virgiliū. monimētū & pignus amoris. & rurſus ab andromache: menuū tibi ſint monimēta meaꝝ hoc eſt memoriæ. Sic ego reor. Vale Ex Mediolano. xviii. calēdas Maias.

Contentioſa Grauis.

C Ontēdere mecū audeas: quāobrē nō ē mihi negligēdū de quo cōtēdas. Nō. n. ſumus pduelles nec pduellionat⁹ crimē nobis ē ppoſitū cōtentiōis gen⁹. De bonis lrīs nō de uulneribus: nō de pbris ē cōtentio: q̄ adeo pbauere Athenieſiū ſcolæ, ut uel pmia cōtēdētibus cumulatiſſima p poſuerint: Romani uero declamatores habebāt aſſiduos: q & munerib⁹ ſimul: & honoribus donabāt nō paruis ſi recte tū. Quintiliani: tū Senece declamatiōes ītuemur: tū paulo prius q̄ a Cicerone de multis equalibus ſuis: & de ſeipſo ſcripta ſūt cōmētatiōes āt & a Platōe: & a Cicerone i ſuis dyalogis ītroducte qd ſignificāt aliud: q̄ cōtētiōis genera honeſtiſſima. qb⁹ uerū fiebat dilucidi⁹. Quid hodie diui Thomæ Scotiq: diſceptatiōes: qb⁹ cum hæc aut illa q̄ſiuerint: & ſibi rñdēt: & i ſuas arguūt ſnias: ut ea cōtētiōe qcqd ītrincatū erat: magis enodet. Hoc dicēdi ſcribēdiq; gen⁹ cū utiliſſimū eē pbat Thomas: tū doctis hoībus iucūdiſſimū: quo excitant: ut Lactātius ait: ſi q̄ ſūt īgenia ſemiſopita mētes refouētur: doctrīe īter ſe cōciliātur. Quāto nos eminus claroꝝ familiaritates uiroꝝ pcio. At cōtētionibus hiſce. cum eruditiſſimis ac clariſſimis aſſidue uerſemur: opus eſt quoꝝ auctoritate ac gratia fræti poſſimus eoꝝ ſupare uerſutias callidiſſimaſq; rōes q nobiſcum certamē ineūt. Faciūt. n. eiuſmodi uexatiōes pſpicatiores ītellect⁹: ut docet Seneca. Itaq; tibi cōtēdere parato uicē apparo: ut cōtētione cōi: aliqd ad poſteros a nobis pfectius deferat. Quod dixi de polypodis ac telluris coloribus: īprobas. At Ariſtoteles pbat: ut ignis terrā i ſuū & naturalē reformans colorē: albā efficiat: ut calcē ex lapidibus factā At Baſilius te docet: cū null⁹ ſit natiuus polypodi color eū ſibi ex adiacēte q̄ri ſolo: ut alius albus ſit: alius croceus: alius mixtus. Quod uero inertiā nō debet haſpirari: affirmaui: tu haſpirari uis: cōtēdis rurſus īſipide: cū ſi ars ñ aſpirat: ut uel tu nō negas. Iners ab & i arte dictus: qſi cui nulla ſit ars: haſpirari ñ poſſit. Ars. n. philoſophoꝝ teſtimonio ē collectio pceptoꝝ ad unū finē tendētiū. Adducis neſcio quoꝝ noīa īperitoꝝ: quos obſcuriſſimo loco ereptos i mediū affers teſtes tibi tuæ ruditatis. Tūc tibi credo minus. Dicis & uiros hodie doctiſſimos iiſdē ſcribere caratheribus. Si id faciūt: i hoc ſūt ignariſſimi lraꝝ: q̄q̄ ego p te dictū hoc puto: q te doctiſſimū eē uelis. Sumo uerbū gemino uis. m. ſcribendū eē: ut ſūmū q; īde dictū autumas: qa nemo ſumere dicat: niſi q; ſummū eſt. Vnde ſomnies hæc ñ ītelligo: cū aliud ſūmū ſit: aliud. Sumo illudq;

duplici.m.ſcribat̃ q̄ſi a ſūmo & manu:hoc eſt:qđ tota ſumit̃.& uix ſtringit̃ manu.Sumo uero unico.m.ſcribi debeat:qque ſecus cenſent:ii fallant̃ uæhemētius Cōtēdis rurſus nō decere principē Magnificū appellari.At Cicero ab ariſtotele uſurpauit ī ædificādi ſplendore:domeſticoq; apparatu magnificētiā eē ſitā.Quid ergo ædificiis digniſſimis.oī laude delectat̃ uiuitq; ꝑelegāter:is Magnificus dicēdus ē.At elegātiā uis ī uocabuloꝝ ꝓſtātia : nō in domeſtico uel apparatu:uel cultu:uel corporis eē ornatu dicēdā : afferſq; teſtimoniū & laurētii ualle:q elegātias edidit:& auguſtinū Seneſem:qui Elegātiolas effecit.Ego neq; illū nec illū Duces ſequor:ſed ueteres quos aulus Gellius ꝓbat Elegātiā inuictu ueſtituq; ſitā uoluiſſe.Vis tabellas ꝑ paruis accipi tabulis:qbus ædificat̃ adducis Tibullū teſtē:q tabellā uoluit tabulā eſſe:ī qua depictū aliqđ ī tēplo foret.Ego tabulas alias ædificiis debitas puto:ex qbus tabellæ nō ꝓdeāt alias qbus ſcribat̃ pingaturue qcq̄:ex qbus tabellæ ꝓdire poſſint:ut ēt ius ciuile ad cōtra tabulas titulū habet:& tabulæ teſtamētariæ dicunt̃:& īde tabellæ ac īde tabellarii:qm̄ in tabulis ſcribebatur cæratis:ut te dicis nō latere.Quod ñ arbitreris recte dici Marciale ſexto caſu:ut Iuuenale:nō cōtēdas:in ſnīa uolo ꝑmaneas:ut aptiſſimus uideare fatuus:q neq; quod ipſe:nec q̄ alii ſant̃:ītelligas.Cætera tua eiuſmodi ſūt obiecta ī meas lr̄as:ut p ſe ſileāt:erubeſcātq; meā faciē.Sile uir īeptiſſime.Cōtētio ſit tibi poſt hac cū tui ſimillimis mihi uero nō:niſi cū doctiſſimis atq; diſertiſſimis:ut & Alexāder īuitatus ad ſtudiū ſibi rn̄dit:ñ niſi cū regib? currendū uoluiſti hac cōtentione(ut opinor)nō nihil tibi gloriæ comparare. Eſto:ſis quod optabas aſſecutus.Nihil ex tua pareat opinione Reſipice.Ex Meſtiolano.xvii.calendas Maias.

Sinonimā contentioſa.

Non habet hæc res:ut tu ſentis.

Hector nequit(ut ſentis)inhaſpiratum ſcribi.

Male opinaris de bubalo:quod ſit genus Elephantis.

Recte dixi Elephanti probloſidem:eminentiā eſſe naſi.

Rynoceros ſecundum caſum male tua ſententia format rynocerontis : ſed habet rynocerotis.

Nō bene doces:rynocerota in fronte cornu habere:cū habeat in nare.

Nō eſt ſapide dictū(melius dici) honor:q̄ honos & lepor:q̄ lepos.

Glorioſum uetuſte admonui nō inueniri niſi in malā partem.

Fac ut elegantius ſtudeas loqui:ſi uis doctus haberi.

Nihil dicis:cū ſi cōtentione utendū ſit:nō poſſim aliquid addere.

Nolim tecū cōtendere:quod ſi facerē:multa in te falſo dicta conicerem.

Habes tu quidē in ſenſu nihil de litteris ſani.

Quod credis de litteris breuiandis:omne falſum eſt.

Multa ī ſyllabis diſiūgēdis fingis.q̄ neſcis tā abdere:ut eē uera uideantur.

## Titulus.l:

### Cõmotiua familiaris.

a Ffeciſti tu me qdẽ iniuria:q conuiciis famã meã maculare nixus es.At eẽ me puta:ñ aſſuetũ cõtũeliæ tolerãdæ.Reddã tibi ſed maiore mẽſura multo & ñ ſolũ par pari(ut apđ Terẽtiũ legit̃:ꝙ te mordeat)ſed tãto magis:ꝗto ſũ te lõge maior qdẽ aio.Tu tñ a tuis ñ degeneras:q ea fuere ip conditiõe ut in cõtumeliis & cõuiciis ſũmope deteſtãdis aſſidue ſũt uerſati.Sed cũ quo credis agẽdũ eẽ tibi:qñ mecũ.Certe cũ illo:q multos tui ſimiles caſtigaui:multos caſtigaturus ſũ.Interminatũ eẽ me tibi ñ multi facies.Ad id exequar cõminatiõis:qđ deinceps magis metuas.Afficiã te tãto(ñ metu ſolũ ſed dolore:ut poſſis nõ iniuria optaſſe me tibi fuiſſe nunq̃ antea cognitum. Faciã ut faunus Herculis ictu cadas:aut nanus Gigãtis ꝑcuſſione delabare. Sanus ſis.Ex Mediolano.xvi.calendas Maias.

### Cõminatiua familiariſſima.

n On ſũ ego ex eo paſſerũ genere qbus fiũt laruæ formidabiles.Sed hoc tu tibi nõ eẽ ꝓdictũ:neges me oi opa curaturũ:ut ꝓ tuo tã acerbo furore plectaris.Sũt:ut ñ neſcis:& amiciciæ tot mihi:& clientelæ:ut poſſim te ĩ egyptũ uſq; inſeq.Nec falli qdẽ potero.Scio q̃ ſis intrepidus:q̃ elata mente ac ſupbo ſpũ q nemĩnẽ metuas:ſed erũt ſine ĩſidiis:cæ parate uindictæ:quas metuiſſe:ꝓſtiterit.Hoc aũt facilius oſtẽdere:quod lædi a nullo dubitas:tantum eſſe tibi uirium:tantum facultatũ exiſtimas Reſipice. Ex Mediolano.xv.calendas Maias.

### Cõminatiua Grauis.

n Ihil ẽ duri⁹ ut Eſchines iqt:q̃ publicas iniurias ꝑpeti.Quod ãt(ut Thucipides uoluit)tã publicũ exiſtimari põt:q̃ ꝙ ĩ oĩum ẽ ore cõſtitutũ.Iã uel ipſi tõſores:uel ipſi piſtores clamitãt fuiſſe te ĩ nos iniuriũ uiolẽterq; nobis ꝑdiũ ablatũ poſſidere:nec uereri iudiciũ aliqđ:nec nos metuere.Sic ſolebat Diomedes Thrax q Tyrãnus acerbiſſimus oẽs afficiebat iniuriis.Sic Antæus q ſuo ducebat potẽtatu cõfũdere cũctos qre.Quod te cõſiliũ ĩ hoc ꝑduxit patrãdũ ſceleris.Quæ tibi cõfidẽtia ĩ nos fuit.Habes tu qdẽ nõnihil pecuniolæ:ſed nõ tñ nel ĩperii:uel potẽtiæ:ut nulla ĩ te referri uis ualeat.Nõ ẽ op⁹ Alidẽ renaſci:q te puniat.Aio es ꝑditiſſimo:ſed neq; ĩgenio nec facultate:q̃ uires ſuppeditet mẽti.Potes & a me lõge ĩferiorib⁹ lædi nec cũ magna ui mãu certe ꝑua.Fac igit̃ ut qñ me ĩimicũ maluiſti:q̃ amicũ:poſthac tibi diligentius nocte dieq; caueas:cuſtodiaſq; tuã uitã ſi uis mea nõ interrire opera.Nolim ego abs te unq̃:ſi uulneribus cõfoſſus euaderes: dici proditorẽ aut perfidum.Leonis ego plus natura delector:q̃ uulpis.Nã haud e memoria excidit:quod apud Plutarchũ legi:dicere ſolitũ Ageſilaũ ĩſidiatorẽ uel in ara ĩterfici oportere.Nũq̃ inſidiabor.A partis uſum me cõminationibus in te ꝓbabo.At quo pacto poſſim ego:nõ eſſe honoris ultor Præter ꝑdiũ meũ tã fertile:tam pulchrũ:tam nobile:quod mihi ſurripuiſti

debaccatus es ĩ me:ſine ulla tuæ linguæ mitigatiõe:ullo freno:eaq; de meis & parẽtibus & moribus dixiſti:oĩ uerbo℞ obſcænitate adhibita.q̃ uix auſim de tuis cogitare. At linguã dicebat Prienẽſis ille bias:optimũ eẽ mẽbrũ & peſſimũ. Quid.n.excellẽtius.q̃ eloquẽtẽ ãudire uiꝝ:de bono benedicẽtẽ. At qd fœdius qd inq̃(ut inqt Tullius)ĩmanius.q̃ eloquẽtiã ad uſum naturæ atq; ad amicicias cælitus datã:ad pnicĩe hoĩum cõuertere. Tu uero q̃ ſi ſuauiſſimo quodã nectare plurimũ oblectaris:maledicentia me fœdare: nec uſq̃ de me in ſermonẽ incidit:ne me(nõ modo pugnas)ſed acerbiſſimis inſectere uerbis. Fingis aũt ea de me ſcelera:quo℞ ego antea neq; noĩa quidẽ audiuerã. Id unde audeas neſcio:niſi qa nimis me bonũ:nimis inuenisti mitẽ.nimis iniuria℞ ĩmemorẽ. Nõ nego:me ſolitũ iniuriarũ penitus obliuiſci:ſi eũ errati pœnituit:q fuit ĩ me malus. At ſi ptinacior es nolim(Apoſtoli ſnĩa)crudelis appellari:q negligam famã meã. Id.n.ut obeſſet famæ.ſic tibi licentiã pararet:cæteris exẽplum ad oẽ malignitatis genus. Vt apud Ariſtotelem uocantur inſenſati:q nullã accipiunt ex iucũdis rebus uoluptatem ita qdem nõ habẽt hoĩs qppiã:ƀ cum eis ſubtrahitur bona fama: non excãdeſcũt. Nã ubi ẽt tibi nocere nõ uelẽ in propulſanda iniuria:qcqd agerem iniuſtus dici nõ poſſẽ Docuit.n. Plato nõ eſſe queq̃ iniuria ꝯficiendum:niſi cum propulſatur iniuria. Inferre non licet iniuriam dicit Pherecides:propulſando autem inferentem cedere ſemp licet. Quãobrẽ ego ꝑdico tibi curaturum eẽ me omni diligentia ut tibi nõ oris fœditate:ſed re ipſa reponam ut uerberibus ad mortẽ:uſq; cæſus reſipiſcas:fiaſq; aliquãdo tuæ linguæ cõpos. Id ſi times(ui timere te certe ſcio q̃uis nõ ſimiles uereri fac ut ꝑdium reſtituas meo uillico:fructuſq;:quos iã circiter ãnos tris q̃ diu in Britãnia abſui ꝑcipiſti cõtinuoq; apud omnis:apud quos meæ detraxiſti laudi:reſtituas mihi famã:& Euãgelico inſtituto:mentitum te dicas cũ detraxiſti:& me nõ ſolum mitigabis:ſed ad uerã ĩconcuſſãq; amiciciã pacatiſſimum reddes:ita qdem ut nihilo ſim tibi defuturus:quod in me ſit magis:q̃ fratri. Quod ſi mea hãc neglexeris cõminatiõe:uel qa nolis inferior me uideri:uel qa ut es petulãs.ſis etiam temerarius teq; plurimi faciens cæteros aſpnere:nec tuas uires nec alterius metiare cuiuſq̃:nõ multo poſt ea ꝓcurabo qbus manifeſto cognouiſſe fatearis.q̃tum inter aſinum ĩterſit & leonẽ. Scis quæ mihi ſint diuitiarum fundamenta,& famulorum clientumque turbæ. Te tibi uẽdica nec ĩ id ĩcidas diſcriminis:unde facile nequeas regredi. Ex Mediolano.xiiii.calendas Maias.

Sinonima cõminatiua.

Ego tibi ob tuas ĩ me colatas ĩiurias:ĩterim tum ꝓcurabo.
Caue tuæ uitæ cuius ego finem omne diligentia queram.
Nihil plus adpeto:q̃ tuam necem.

Sum in te interimendo continue occupatus
Amici mei nihilo ſe nunc ſciunt: mihi potius gratificaturos: q̃ ſi te cædent:
Proditorem me nemo dicet: tibi mortem interminor.
Hæc epiſtola ſit tuæ mortis tibi comminatiua.
Tanta me non contumelia ſolum: ſed iniuria confeciſti ut mortẽ tuam ſim omni ſtudio procuraturus.
Habes me tuum aſſiduum hoſtem.
Nunq̃ hoc tibi remitam in me crimen.
Tã me turpiter affeciſti: ut ſim nullis tẽpoꝝ diſcurſibꝰ īdulturꝰ tuæ culpæ.
Tua in me malignitas quottidianam ultionem expectat.
Nulla mea ſimulatione aut diſſimulatione: indultum ab me tibi iudica.
Semper ero curioſus tuæ ignominiæ.
Aſſidue in tuis ero damnis occupatus.
Cũ tutiore te loco cenſebis: maiora mea ſolertia tibi nũc īminebunt ꝑicula.
Nuſq̃ eſſe te ſecuriorem a me iudicato: q̃ ubi luce fũctus erit.

Titulus.li.

Belli edictiua familiaris.

u T naturæ bonorũ oīum pax eſt iucundiſſima: ſic ab īgenio meo ſemper alienũ fuit bellũ. At cũ pace uiuere nõ licet. nõ laudatur minus apud doctos Mars æquus uel armatus cruẽtatuſq;: q̃ Phœbus crinitus: cũ citharaq; decorus. Ego nihil omiſi: quo me paci ꝑſeuerarẽ: nec miſeros colonos tuos cogerẽ plangere: ciues cõlachrimare: te uero tandẽ & regno cædere: & fortaſſe uitæ Sed nihilo profeci magis: q̃ ſi litus ararem: qđ Didoni obiicit apud Maronem Hyarbas. Aſſidue peior. & īmanior factus es: nec q q̃ ꝑteriſti: quod ad me prouocandũ intellexeris poſſe facere Nam & ſeruos meos occidiſti: & agrũ inuaſiſti: & affeciſti nos oī iniuria. Cogimur & nos (ut hoīes ſumus: ſentimuſq; dolores: ac nequimus non interdũ ꝑturbati) cum urget cauſa uæhementior aliqñ ulciſci nos atq; noſtros: declarareq;: q̃ iniqua tulerimus mentẽ tuã in nos diuturniorẽ inſolentiã: atq; īmodeſtiſſimã uaſtitatẽ: atq; depopulationẽ. Ne igitur aut inobſeruantes nos aliquis unq̃ dixerit Martialis legis: aut tu te oppreſſum improuide dicas: indicimꝰ tibi bellum ad tertium calendas Nartias: ut deinceps intelligas: nec ad nos tuto uenturum ex tuis quẽq̃ eſſe: nec non tibi agro tuo tuiſq; cauendum eẽ die noctuq; terris. Tunc enim edicto belli: nemo nos accuſabit iniuriarum nec tu tibi non prædictum eẽ dices. Rem habes. Exercitus apparabimus q̃ tot poterimus plures: quotq; nobis uidebuntur equitum: peditumq; millia: ī te debellandum traducemus: omniq; annitemur opera tibi declarare: q̃ male ſenſeris: cum amiciciam noſtram non tanti feceris: q̃ti faciunda fuit: ſicq; alii q̃doq; deterrebũtur ab iis ſceleribus cõmittendis: pro quibus ſe pœnas aliquãdo daturos eẽ ſciant. Ex Mediolano. xiii. calendas Maias.

1C1/CCC

Belli edictiua familiariſſima.

q Vanti noſtros affeceris incõmodis:& miniſtros cõtumeliis: agros depopulationibus:& filios ipſos interdum uulneribus:non ignoras. Nos oĩa uoluimus prius experiri:q̃ armis contendere:pacis potius ſtudioſi:ut regulos eſſe decet:q̃ belli cui uix ſufficiũt Tyrranni Te nõnunq̃ admonimus:ut deſiſteres ab iniuriis:non nos aliud:q̃ homines: aliq̃ñ fortaſſe nõ toleraturos:qđ ſæpius uidimus inuiti q̃dem:ſed tua demolionẽ expectantes. Eo fuiſti tu ſemper ĩmanior:minuſq; noſtris cõminatiõibus credidiſti. Q uare cum uerbis proficere nos nihil poſſe intelleximus:ad arma confugere auxiliaria coſtituimus:& q̃q̃ regulus nõ multũ apparare poſſum armorꝶ:non multo:amen poſſe te plura ſcimus:q̃ non ualeamus. Q uod ſi qui tecũ ſociale bellũ ex noſtris finitimis contrahent)ut ſolent aliq̃ñ inquieti uelle uiucre multi)nos quoq; ſocios ex iis nobis aſciſcemus:q̃bus in te uæhementior ac æquior ſit pugnandi cauſa:q̃ illis in nos. Ego nemini ſum iniurius. Tu multis. De me nemo:de te iure q̃runtur multi. Sed tu curabis. ut uoles:ego rem ſequar:ut uidebitur. Tu tibi hac epiſtola bellum indictũ cẽſeto:ut poſt tertium calendas Martias. hoſtem me paratum eſſe tibi ducas. Ex Mediolano. xii calendas Maias.

Belli edictiua Grauis.

b Ellum edicere dixit Plato:nõ decere quẽq̃ niſi reges. At modeſtius. Ariſtoteles artem eſſe militarẽ inquit:in qua non niſi iuſte ſe quicq̃ exercet. Nõ enĩ iniuſtis uictoria eſt expectanda:ut Homerus ait:ſed interitus. Sequitur enĩ a tergo iniuſtos deus. Seneca teſte. Oĩs igitur in bellãdo ratio fundata eſſe debet in æquitatis lege:ut nihil iniquũ attẽptetur: ut uoluit Tullius:nihil fiat:quod a bonis & æquis uiris ꝓbari nequeat. Nã ut negligãtur iura: nõ regibus locus eſt:ſed Tyrãnis Hi enim(comodo ſic libeat) illi ſunt:in quos illud iuuenalis dici poteſt:Sic uolo:ſic iubeo:ſit pro ratiõe uolũtas. At ubi iura ſeruantur:nihil eſſe poteſt uiolabile:nihil corruptũ:nihil immundũ:ut Gregorius inquit. Q ui Martem ſequũtur:eũ ſeq Martem debent:cui ſacra fieri queant:qui non iniuria ſit in concilio cõmunerandus ſuperum. A quo nihil inuenitur factum uiolenter omnia innocenter:& illo(ut Virgilius docuit)præcepti fine. Parcere ſubiectis:& debellare ſuperbos. Imo interdum eo:de quo inquit Pſalmiſta. Q uis aſcendet in montẽ ſanctum tuum:aut quis ſtabit in taberbacula tua: Innocens manibus & mũdo corde:qui non accepit in uano animam ſuam:nec iurauit in dolo proximo ſuo Homũculi quid in hoc orbe facimus:qui ſocios iugulamus: finitimos uiolam⁹:nec ꝓpeiis(quaſi Pelopes)filiis parcimus: Vnde tantũ creuit in nobis facinus:non aliunde certe:q̃ ex auaritiæ labe. Ambitionis rota Inuidiæq; liuore ut inte manifeſtocognoſcimus:qui iam Phineus effectus s:aut Tantalus:cuius & deturparint Harpiæ menſas:& neq; undæ potẽt:

nec poma ſaturēt.ꝑnimia:qua detineris:cupiditate:quiq; nō ſabuloſe:at ue
ro:dici poſſis in Iſionis torqueri rota.Siſiphyq; aſſidue uehendo ſaxo cru-
ciere.Quid enī tu nō concupiſcis æſtuante iſta tuæ mētis furioſiſſime for
nace:Quos amicos(q̄uis ſimulatos omnis:nullos ſtabiles)non ambis:ut
maior fias:ac potentior:Quibus ſatellitibus(q̄q̄ fidelibus nullis:ſed ad tē-
pus tibi obſecundantibus)nō polliceris plurima:ut tibi morigeri ſint in oē
ſcelus.Quotiens tu nocte intēpeſta furtis eos & latrociniis exercuiſti:quos
uidiſti tibi deditos.Quotiens multa uicinis eripuiſti:ſacros prædiorum
ac finium lapides ſubtraxiſti.In ipſis lectulis eos cecidiſti:a quibus rē tuam
detegi poſſe credidiſti:Proinde q tecū in aliquo fuit nefario crimine.curat
nihil aliud q̄ ut abs te ꝓpere diffugiat.hinc alios q̄ris tibi fures.alios tranſ-
fugos:alios pfidos:nec conſyderes in eum eſſe fidem poſſe neminem:qui
fidē nulli ſeruat:cuiq; credere ualeat nemo.Reſciūtur īde nū multo poſt oīa
q̄ clāculū te ducis cōmiſiſſe:nulliq; nota.Qđ cū alias ſæpe.tū hoc anno bis
ad nos delatū eſt ab iis:q neq; mentiri ſunt ſoliti:nec alia id mihi reſerarunt
de cauſa:niſi quia uoluerint tātā me ſp īcōmoditatē ſeq:nec me quicq̄ ex
ea re ſcire.Na tibi q̄rerer:& armentamini noctu ſurripi & in ꝑdiis noctur-
nas factas eſſe depopulatiōes ac uaſtagiōes īnumerabiles & ī multa deeſſe:
q̄ qs ſubtraxiſſet:neſcirem⁹:detexerūt ii latrōes:ꝓbarūtq; n̄ uulgarib⁹ argu-
mētis:qd ī nos egeris:qd agere nix⁹ ſis:Scripſim⁹ ad te ſæpe:rogauimuſq;
ne nos malos hoſtes:q̄ amicos:cōtra īgenuā meā uiuēdi ratiōnē eſſe:ut mo
leſti cuiq̄ fierem⁹:ſed coactos id demū n̄ eē nos neglecturos.Reſpōdiſti tm̄
eē lacædemone Athenas:q̄tū athenis lacædemonia:neq; curarē te uerba:cū
uiri Ducis fili⁹:nō mulieris famulæ fueris.Tādē huc uentū ē:ut Marte no-
bis hæc tua iniuria ꝓpulſāda ſit:quā Phœbo tueri me nequeo:Tua tamen
cā in bellū nos exiſtimes cadere:memīeriſq; qđ Virgili⁹ ait ſciſſime.At ſpe
rate deos memores fādi atq; nefādi.Ad tertiū calēdas Martias īdico tibi exi
tiale bellū:qđ ferro flāmiſq; definiā.Vt enī & crudeliſſim⁹ es:& ſæuiſſīos
habes cliētes atq; tuoꝝ miniſtros ſcelerū:ſic nos fore ī te tuoſq; īmāiſſimos:
expectato.Si q̄ ī re mitiores nos exhibebim⁹:id benignitati naturæ nr̄æ cō
cedet:q̄ īterdū plus ſibi ſeruiet:q̄ tibi ſeuiet:Præterea cōiugi tuæ pudiciſſi-
mæ:filiiſq; tui diſſimilimis cōpatiemur:ut hōīes ſum⁹.& Terētiano inſti-
tuto:nihil humani a nobis putamus alienum.Tranſactu igitur eo die:quo
edicimus tibi bellum ac epiſtola belli edictiua:nihil eſſe tibi tuiſq; mecum
atq; cum meis commune ducas:præter præliandi cupiditatem.Nunc ha-
bes & quid tibi cauendum ſit & quid mihi cogitandum.Ex Mediolano.xi.
calendas Maias.

Sinonima belli edictiua.

Tali die bellum indictum eſſe tibi:ſcito.
Poſt eum diem pax mecum tibi nulla futura eſt.

Fac ut exiſtimes poſt eum diem.perpetuas tibi mecum inimicicias:
Implacabile tranſacto eo die exercebitur inter nos odium.
Nihil poſt eum diem inter noſtros tuoſq; exercebitur beniuolentiæ.
Tuam ob cauſam talis dies initium nobis conſtituet belli.
Prælia quæ tali die ſummus tecum inituri:ceſſabunt deinde nunq̄:
Ea dies principium nobis erit præliandi:nullum habitura finem.
Fecere iniuriæ tuæ:ut nunq̄ poſt eum diem bello conſtituam abſtinere.
Nemo me iam diſtrahet:ut peracto die illo:fini aſſidue tibi bellũ illaturus.
Fruſtra laborabis ſi lapſo die illo cenſebis poſſe nos a præliãdo diuertere.
Cupimus diem talem aduentare ut deinceps geramus ſp bella tecum.
Ad me coegiſti tuis iniuriis ſæuire ut eo die ſuperato immortales ſimus futuri hoſtes:

Titulus.lii.

Pacis proclamatiua familiaris.

p Oſteaq̄ non mediocres nos ad bellũ prouocauerunt cauſæ ſubeſt iã ultima præliandi ratio:ut in pace ocioq; uiuatur:ut apud Thucididem legitur:& Cicero perpulchre complexus eſt Nos iamdudum iuſte mouerunt ad communes inimicicias rationes:quibus alteri alteris nõ ceſſim⁹ Credidere tui iam ſibi fines noſtros communes eſſe paſcuiſq; ſuis debitos. Nos ſecu ſenſimus. Res dirimenda bello fuit. Poſt cruoris tantum effuſum Mars uiam inuenit ueri:Sublatæ ſunt diſcordiarum uiæ. In pacatiſſimam & tranquiliſſimam uenimus mentem. Ager noſter nobis relictus eſt. Vos iure ceſſiſtis. Iam eſt pax perpetua proclamanda. Sciant igitur & noſtris oẽs & exteri:licere publice priuatimq; inter nos noſtroſq; quicquid rerum agi: & commertionem omnibus tranſigi:ſublataſq; nobis bellorum leges præconiſq; uoce noſtras haſce proclamatiuas pacis litteras declarari. Ex Mediolano.x.calendas Maias.

Pacis proclamatiua familiariſſima.

c Vrate o noſtrarum urbium præſides:paſſuumq; cuſtodes ubiq; publice proclamare precones noſtros:poſt diutina bella:ĩter nos Tauriſcoſq; tranſacta:iam pacem indebilem eſſe firmatam ut oĩbus liceat quoquo modo res ſuas in utriuſq; imperiis agere:tum pedemontanis apud Inſubres:tum inſubribus in pedemontio:tum exteris in utriſq; principatibus omnes enim ceſſarunt diſcordiarum cauſæ.cum de iniuriis:quas querebamus nobis illatas eſſe:pacti ſimus:nec cuiuſquam uel minime rixæ ſuperſit cã Lætãdũ aũt & publicã lætitiã ãbabus agẽdã ptibus remur:qd tã cito bñq; ſedatis piculis:q̃ utriſq; ĩminebãt:pacata ſint oĩa. Proclamãt igit hæc epiſtola:& publicæ ſeruiãt letitiæ.ex Mediolano.viiii.calendas Maias.

Pacis proclamatiua Grauis.

i Nn oĩ humanæ uitæ actiõe:id pcipue q̃rẽdũ docet Theophraſt⁹: ut medicos bonos imitemur:q̃ ſi poſſunt:pſeruãt ualitudinẽ bonã:

curā tq̧ ꝓuidētes: ne quid accidat ægrotationis: Vbi fuero uel naturæ mali-
gnitate: uel uiuendi corruptela ī morbū incidit: & diligēter: & cito ānitūtur
māib⁹ pedib⁹q̧: aut oīno: aut magna ex pte ægrotationē tollere. ac radicit⁹
extirpare: Id cū in aliis pleriſq̧ cauſis uideā ualere ſimilitudinis: tum in pri
mis in ꝓliando: pace armiſq̧ uiuēdo: ut docet Heſiodus inquiēs. Si pace ui-
uere licet: bella nō q̄rantur. Si bella temptanda imminent. q̄to otyus ſedan
da ſint: Pælia ſunt quibus ager ſudat hominum cruore: Pax ē quā in terris:
ad cōſeruādū genus humanū: inſtituit dn̄us Vt enim bello ceduntur hoīes
ſquallēt urbes: ſordeſcūt agri: ſic pace naſcuntur uiri: ſplendent ciuitates. læ
ti ſunt ſuis ſatis uberrimis coloni Iamdudū inter nos & Tauriſcos. interce-
dentibus quorūdam diſcordiis iiniū: bella ſunt geſta: in quibus nec eis con-
duxit præliari: nec nobis quidem Tādem huc uentū eſt: ut ſedatis diſcordia:
rum uiis: ī perpetuam conuenerimus pacem: atq̧ cōcordiā: Vt enim æqui-
tas iubet: & admonuit olim Cato: nec nos oīa conſecuti ſumus: quæ poſce-
bamus: nec ipſi. maluimus utriq̧ regredi finibus. q̄ progredi: nequid ad pu
blicum delendum odium deeſſet rationis: nec ut Marcum Carbonem Cice
ro factitaſſe refert perinique: rem non noſtram quæſiuimus uſurpare: ſed
quiſq̧ de iis potius quæ ducebat ad ſe pertinere partē dimiſſit: q̄ ſi futurus
in ea ſeruanda pertinax ſemꝑ in bello uiueret. Hæc ſumus a Platone admo
niti: eſſe rerum diuturnarum fundamēta quibus in quiete ac otio ut Oron-
tes ita: niuendum eſt. Vbi autē in ſnīa ſtare conſtituunt hoſtes nūq̄ uiuitur.
Diſſipantur urbes. Corruunt principutus. Eneruantur oīa: quibus eſt op⁹
uitæ noſtræ. At ubi mentes pie ſibi ſuiſq̧ indulgent: in id deuenitur īgenii:
ut omnia ſileant: quæ torpebant reficiantur quæ calamitoſa modo fuerāt:
ueluti ſplendeant: reddanturq̧ feliciſſima. Pax igitur eſt nobis conſtituta:
& ea quidē mente: ut ſtabilis inuiolabiliſq̧ permaneat: nec ullo mutari q̄at
caſu nec ullis rex̧ euentibus. Delegimus enī futuros arbitros: ſi qua unq̄ in-
teruenerit controuerſia. uel contētio. At hæc aūt & affinitate propinquores
